


P O A - 9

Singularity

Et de Die mit

A

20-290



99-9

258

80-6

1  
2  
3

14



7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17

Biblioteca Universitaria

GRANADA

A

20

Bibla

290


32162

99-9


255

90-7

A4



i 11832162



MARTINI DE ROA  
CORDVBENSIS EX  
SOCIETATE IESV

DE DIE NATALI SACRO, ET  
PROFANO, LIBER VNVS.

SINGVLARIVM ITEM  
LOCORVM, LIBER VI,

AD D. IOANNEM BAPTISTAM  
Centurionem, Marchionem Astapæ.



LUGDVNI,  
Apud HORATIVM CARDON.

M. D. C I I I I.

id17689272

AD D. IOANNEM  
BAPTISTAM CENTU-  
rionem Marchionem  
de Astapæ.

\*\*

**I**BRI huius De NATALI DIE  
Natalis est hodie; iusticus erit, cum tu  
illum, Illustrissime Marchio, suscepferis,  
& nomen ille de tuo nomine acceperit,  
& in eo lucem aspexerit, vitamque hau-  
setur futuram, ut de tua felicitate ominari licet, in om-  
ni mortalium memoria immortalem. Quam certe ac-  
cipiet, non ut solus habeat, sed ut reddat: tibi scilicet  
auctori vitae, nominisque sui. Scriptis enim *Fit vinax Ouidiuu 4.*  
*virtus exp̄rsque sepulcri.* Etenim si qua in tempore æ- de Pont.  
ternitas, ea non aliunde, quam à litteris venit: ad eam *Eleg. 8.*  
autem nisi bono omine, ac nomine commendentur,  
aspirare non queunt. *Victurus Genium debet habere liber.* *Martialis.*  
Ingenium quidem hic meus, quale quale est, à me ha-  
bet: Genium ut à te habeat necesse est, cum is de Ge-  
nio sit, cui dies ipsi Natales curæ sunt, & sacra Nata-  
lia cordi. Fecit edidi, non dignum quidem, quem  
aut Naralitus Deus mensa, aut Dea cubili dignetur:  
hoc est, quem probare, quem inter pulcra volumina in  
scriniis docti reponant: sed si tu sustuleris, hac sola co-  
mendatione dignissimum. Romana autem res, quem  
sibi potius quam Romanum virum, id est, ex præcipua  
Vrbis, atque adeo Orbis nobilitate, patronum adoptet?  
ut quem obscurat origo, illustret adoptio.

Quippe maiores tui, nobilissimum Vrsinæ familiæ  
germen, & prioris æui stirpe efflorescens, non minus

† 2

elari toga, quam sago. Primus ille IOANNES VRSI-  
NVS eques Romanus, ante ipsos fere CCCC annos  
Genuensis reip. factatis bello rebus, ab Gregorio IX.  
Ponti fice summo, subsidio missus, qui equitatus p̄f-  
fectus, par in bello dedit sanguinis specimen, & virtu-  
tis. Patriciam deinde fœminam VLTRAMARINI  
nominis, matrimonij iure sortitus, generosa prole suc-  
crevit, quæ numero lo fœtu se fundens, Centurionum  
clarum nomen, & stemmata, gentis more usurparunt.  
Nam quibus vberior posteritas, & potentia maior, iis  
solemne fuisse memorant, ad unum nomen, quasi ad si-  
gnum, publico fœdere, veluti sacramento euocatos, ad-  
uersus aliorum inuidiam conuenire. Hinc annus ille  
tuus ADAMVS CENTVRIO, ut longæ uores pre-  
teream, Vulgæ Marchio (vir non Hispanus, sed quem  
Hispania suscepit merito, atque suscepit) sub Carolo  
V. Imperatore, non stipendia, sed impendia fecit in ex-  
peditione Numidica; & ut bella opinionem, ita hono-  
rem illi arma dedecunt. Hoc certe Imperatori (amare  
enim nouerat bellatores, qui saepius bella peregerat.)  
& Philippo filio gravior, quo in fœundo, retinebatque  
Genuensis Reip. aduersus utrumque studio, & devo-  
tione constantior. Successit autem tui laudibus filius  
MARCVS CENTVRIO patens tuus, ipse etiam apud  
Hispanos reges inter bella nutritus: quem Princeps  
ANDREAS DORIA adolescentis virtute imprimis,  
deinde etiam cognatione sanguinis adductus, in sui lo-  
cum naualii classi suffecit. Haeredi quippe nominis, &  
familiae suæ IOANNETINO DORIA nepoti, IOAN-  
NETAM CENTVRIGNEM, Adami Centurioni autem  
filiam, & Principis Ioannis Andreae Doria parentem,  
in matrimonium collocarat. Huic præterea Rex Phi-  
lippus honorificam procurationem decrevit, Rodul-  
phum, & Ernestum Principes nepotes suos, in Hispa-  
niam deducendi. In aliis, iudicia Principum faciunt  
merita, non inueniunt, nam qui ab illis prouochitur, or-  
natus meritis estimatur: nec seruili creduntur ad-  
ditione auci, qui omnibus imperant. Spes potius  
quam fructus in novo est: itaque dignus in eo donum  
est.

est, non compensatio meritorum. At in parente tuo;  
Iudicium Regis ex sacris natus est, & per imperantibus  
munera, ostensa est dignitas seruientis. Itaque post ho-  
norificas istas procurationes terra, marique manda-  
tas, in curiam euocatur; Hispanæ, ut fama erat, classi  
præficiendus, quæ Melitensis subсидio parabatur:  
nisi importuna mors, & consilia Regis, & illius studia  
præuerterisset.

Accularentur secula, si talis potuisset latere familia;  
cujus dignitas ad te sanguinis fonte perduta, in poste-  
ris instauratur. Inter eos tu velut oliua semper florens,  
liberi ut nouellæ. Tu illis amore parens, disciplina  
magister: illi tibi pietate filij, reverentia discipuli: di-  
gni parente, digni magistri: qui nouitiam iniuginem  
dedisti corporis, quam uigna transiudisti virtutis. A-  
mor principum monumenta exponit imaginum;  
ne viuentibus beneficis, omnino ut or occideret. Sed  
quanto verior est, qui vivit tu posteris per quos plerumque &  
forma corporis redditur, & vigor animi præstatur. Erunt  
sanæ, cum te sideribus Deus intulerit, qui virtutem, qui  
dignitatem tuam posteris representent. Adolescens in  
primis Adamus Centurio Vullæ Marchio, paterna-  
rum, non magis opum, quam opereum hæres, doctus,  
politus, & amans antiquitatis. Contemplabitur in eo  
posterioris parentis exemplum, optimi optimum. In  
Principe enim, qui reliquo successore fato concessis, una, itemq;  
cerissima Diuinitatis fides est, bonus successor. Quid vero  
alterum familie decus: D. Franciscus Centurio, æta-  
te infelior, proximus dignitate: quem à te genitum,  
argumento sunt illæ virtutes, quæ in ætate maturissi-  
ma non emicant, sed augescunt. Ab ore primæuo ca-  
na verbâ, & ante quartum decimū annūm philoso-  
phorum dogmata non gustata, sed hausta: & cum scien-  
tiarum amore studium probitatis. Quid cetera feli-  
cissimi matrimonij pignora? qui pueri qua gratia? qua  
modestia? qua spē & animi, & ingenij? Nimirum do-  
mini habent vide discant, non minus quam à Lælio; &  
Hortensio filiæ, & a Cornelia Gracchi. A parentibus  
tuini cum alias virtutes, tum maximè suavitatem mœ-

rum, & iucunditatem accipiunt. Timentur enim alij  
Principes, tu amaris. Certum aliis venerationem ex  
metu, metum ex seueritate acquirere: tibi reverentiam  
amore, amorem humanitate captare. Iura tollunt alij  
ea reddis: & quod summa potestatis est, non magis  
tuorum rector, quam tui, sustinendo potius, quam vin-  
dicando laudaris. Sed alij virtutes alias probent; ego  
doctrinam admiror: quæ, ut Principem decet, ita te  
ornat. Huic maioris rei libri debentur, amori in me  
tuo, huius inscriptio, non par meritis pretium,  
sed debiti pignus, maiore, cum potestas  
erit compensatione  
soluendi.

D. IOAN



D. IOANNI BAPTISTÆ  
CENTVRIONI, MARCHIONI

Astapæ, D. Franciscus Centurio  
de Corduba, Parenti  
filius, Mecenati  
vates.

Qui debet, genereose patens, tibi munera vita;  
Ut sua suscipias vota salutis, anet.  
Te auge, te tenera pariter fauore iuuenta,  
Ingenium crescit per tua vota meum.  
Ingenuas didicisse iuuat studiosius artes:  
Claræq; Pieria rendere in astra via.  
Antiquos ritus, veterum, sacraria lustro:  
Quas atas classit iniuida, rimor opes.  
Ampla patent, reserata mihi penetralia Phœbi;  
Quæ noua nunc didicit Musa referre pedes,  
Thesauros aperit doctrina clave Roanus:  
Hic mihi signat iter: hoc praeunte sequor.  
Mille hic muneribus viridi decoratus ab suo,  
Multiplici in clarum crevit honore virum.  
Iupiter ingenium, cessit sua munera Phœbus:  
Vranie sacras huic dedit artis opes.  
Scriptura euoluit si arcana volumina sacra,  
Quam facile implicitos explicat ille locos:  
Ad populum si verba facit, quam pectora mulces.  
Dictis, facundo quam gravis ore tonat.  
Pugnat, habet vires summas: respondet, acumen:  
Tanta nec in Phœbo vis, & acumen erat.  
Blanditur, Charites possunt didicisse leporem:  
Urget, det vietas docta Minerua manus.  
Concinit, & vocem numerosa in carmina fingit,  
Threicium credas concinuisse senem.

*Doctrinam virtutis studiumq; decorat honesti.  
Canaq; cu m pista religione fides.  
Numina si cupias artes coluisse per omnes  
Pratulit ad cultum numinis ille facem.  
Omnia grata mihi, sed non minus omnibus illud.  
Tam multo florens munere, me quod amat.  
Talibus o utinam semper numeremur amicis.  
Et pretium meritii constet amoris, amor.  
Ille tuum nomen veritaria in secula proder;  
Illi de nostro nomine nor en erit.  
Idius scriptis praeconia nostri perennant,  
Auspiciis viuet tempus in onore tuis.*

D. ADAMO CENTV.  
RIONI DE CORDVBA MAR-  
chioni Vllæ, D.Franci-  
scus Centurio de  
Corduba S.

*C*laro progenies sat digna parente, salutem.  
Accipe pars anima, Marchio magna mea.  
Nos preter sanctum fraterni fædus amoris.  
Eiusdem studij fædere iunxit amor.  
Cuius non dubium specimen tibi mitto, Roani.  
De Natolitiis munera docta sacris.  
Te fante liber cælo caput exeret audax,  
Aspicio i lucem lucidissimam nouam.  
Sed misericordem capiunt si munera dantis,  
Quæ tibi mitto, auctor, sat pretiosa facit.  
Vtus multiplicis sophia perculsus amore,  
Doctrina variae mente coegit opes.  
Scrutatur cupidus causas, atque abdita rerum.  
Quæ natura suo condidit in gremio.

*Ardens inuenitur superi super ardua cœli.  
Quaq; Deus texit, detegit ingenio.  
Condit atque sacris qua diues pagina libris,  
Eruit assidus noſte, dieq; labor.  
Non satis hac : clarum monumenta antiqua virorū  
Pellegit, & prudens optima queque legie.  
Qualis apis rutilis cùm se librat, aëra pennis,  
Transuolat, & latos acta pererrat agros.  
Per varios frutices, per prataq; florida, flores,  
Inuolitans, rores, & thyma grata legit.  
Floribus ex lectis mellitum fingere nectar,  
Apparateq; unum pluribus edit opus.  
Non aliter noster dum per diuersa locorum  
Sese agit, ingenij plurima falce metit.  
Delectos dicit succos hinc sedulus auctor,  
Arteq; mirifica dulcia mella premit.  
Cella brevis, fateor, verūm distenta liquore  
Cœlesti: n. p. a. nectare nulla vacat.  
Plurima multarum cernes natalia rerum:  
Sparsaq; per varios omnia iungit opus.  
Quoq; modo priisci ritus, moresq; iacerent,  
Priscorumq; nouo: funeri forte darent:  
Quoq; modo sacris tandem cessere profana,  
Sic licet una brevis, pagina cuncta dabit.*

## INDEX

# INDEX CAPITVM LIBRI DE DIE

NATALI.

## CAPVT I.

**N**aturæ gentium ritus ex superstitionis religiosis facti. Lustralis aqua, thesauri stipendiæ condendæ olim ad templorum ianuas. Sigilla, tubella picta in tēplis; itē scuta, arma, cattæ, laurusq; victoriae. Quæ fere ex Hebreis. pagæ

## CAPVT II.

Vetus mos Deū seruatore inuocandi ante poculū, & acclamandi tutelares Diuos arte pugnā. Loci aliquot ex sacris literis explicati. De Dei, ac Iesu nomine. Matutina, vespertinaq; preces in templū. E& salutationes proprie dictæ, & alia eiusmodi. 9

## CAPVT III.

Varij gentium ritus in celebrandis, sive etiam lugendis natalitiis diebus, & eorum causa, atque rationes. Corpus animi vinculum, & carcer, & sepulcrum Philosophis dictum. 15

## CAPVT IIII.

Pythagore egregia sententia. Reiectus eorum error, qui animas in corpora tanquam in carcere supplicij ergo existimarunt inclusas. Inferi appellata corpora. nostrorum in natalitiis celebrandis mos, atque sententia, & alia eiusmodi. 19

## CAPVT V.

Natalis dies in festisne, & feriis? in publicis, an in priuatis? Deorum, ac Regum natales publicè festi feriatiq; aliorum non nisi priuatim. Votina interdum serie apud veteres, uti apud nostros, eadem de causa. 25

# INDEX CAPITVM.

## CAPVT VI.

Sacra natalitia quo ritu peracta; libone, ac mero  
tanum, an etiam victima? super ea re diligens  
disputatio. Ægyptiorum in sacrificiis mos. In  
natali die cede ac sanguine veteres abstinebant.  
Sacrificiorum prisci ritus. 30

## CAPVT VII.

Natali die gladiatores minimè dati priori saeculo;  
posteriori vero multa etiam paria. Quod à Clau-  
dio vetitum: & ne supplicia de nocetibus sumpta.  
Damnati de cruce depositi, soluti vinciti. 34

## CAPVT VIII.

De sacris natalitiis secundo quæsum; varios in his  
ratis pro temporum varietate seruatos. Victima  
interdum Genio cesa. Curare Genium, idem quo  
colere. Dij genitales. Iunenali, & Horatio lux. 37

## CAPVT IX.

Genius quis. Etius virgo ex vetere ac nostra Theo-  
logia. Suum urbibus, ædibus, aliisq; locis genium.  
Simulacrum ornatum, serta, uestes, vngueta. Que  
precios genio in natali fuisse. Natalis anis qua. 43

## CAPVT X.

Ornatus ædium in die natali exquisitus, idem  
qui in festis, & latitia publica: rami, & lucerna.  
Amici, & famuli in eo eleganius culti, aeo  
Imperatorum. 49

## CAPVT XI.

De epulis natalitiis. Lautiores olim diebus festis.  
Data etiā post mortem in singulos annos, ex pri-  
nato censu, interdum ex publico. Lectisternium  
ante statuas eodem die factum: quarum dedica-  
tio pro natali. Iunenes qui in nostris, externisq;  
literis. 52

# INDEX

## CAPVT XII.

Sportulae olim ad ianuas potentiorum tenuioribus datae, deinde etiam potentioribus. Amici & clientes munera missabant; vestes, cibos, argentum, coronas, etiam libros, & carmina. Lat. clavia mappa. 56

## CAPVT XIII.

De muneribus natalitiis secundo quesuum; qui darent, qui acciperet. Domini etiam coniuiis, & alii dabant: accipiebant omnes, non magistrum. Lex Cincia, & Julia de donis ac muneribus. 64

## CAPVT XIV.

Quid gustatio, & gustatorium, & symphonia in coniuiis? Plinio in Epist. ad Brutum, lib. 1. & Ciceroni in Epist. ad Papirium, lib. 9. lux. 70

## CAPVT XV.

De Iudis natalitiis, circenses, venationes, munera natalibus Imperatorum data. Ludorum nois, quibus apposuit in festis. 74

## CAPVT XVI.

Quae a quibus natalitia celebrata. A singulis sua amicorū ab amicis, sūi similiū a doctis viris, filiorū a parentib; & contra, a populo Deorū, urbū, Regum, imperiū, magistratus. Natalis celeb. in honoris ergo concessa, ablata in nominis causa. 77

## CAPVT XVII.

Locorū præterea natales dies celebrati, ac rerum, ut mundi, templorum, sedius, nauigiorū, statuarum, victoria. In quibus solennes interam epule, & munera, & quidam in annos singulos. 83

## CAPVT XVIII.

Natalis dies de SS. Mariyrum ortu, & obitu dictus. Multi in eo ritus antiqui, sed Christiani

## C A P I T U M.

more expiati. Ornata templo festo cultu, sc̄rtis, &  
lucernis. 90

## C A P V T X I X.

De sacris epulis natalitiis. Agape dicta. Olim  
intra templo permisæ, sublatæ postea. Sepulcra,  
& ossa Martyrum mero laeta. Honos templi-  
rum liminibus habitus maximus. 93

## C A P V T X X.

Templorum olim limina coronata, adorata, &  
inuncta, ex ritu veteri. Gentibus ad fores aedium,  
& portas urbium Deorum simulacra, que iden-  
tis curata. Statua principum virorum ad ian-  
thas; salutare interdum pro illis; ad quas etiam  
thus, & cerei. Qui amarent cur amatorum fori-  
bus oscula, ferta, & unguenta daret. 99

## C A P V T X X I.

De sacris munib⁹ natalitiis. Data & accepta.  
Flores, vela, cerei, lampades, unguenta, tabellæ se-  
pulcris, & templis obiata. Slypi qui olim in tem-  
plis. Eorum dedicationes, quæ inter diuin anniver-  
saria, vii celebratae. 107

## C A P V T X X I I.

Quæsum præterea de sacris munib⁹ natali-  
tis. Floribus, unguentisq; conspersa sepulcra. Te-  
cunie, obsoniaq; in pauperes erogata. Libri etiam  
& carmina Martyribus oblata, & ab his inter-  
am accepta. Unguenta, & liquores saluberrimi  
ex ossibus: fugati ab obsessis corporibus demones;  
mille prodigia. 114

## C A P V T X X I I I.

Natalis Christi reditus ab Ægypto olim cele-  
bris in Ecclesiæ. Item sacrorum magistratum,  
ut Pontificatus, Cardinatæ, Episcopatus, victoria;

# INDEX

etque triumphi. Templorum etiam apud H.  
braeos. Missa in his munera.

117

## QVÆ IN LIBRO

Singularium 6.

### CAPVT I.

Ciceronis locus ex ea, que de aruspicum responsi,  
nunquam hactenus explicatus, illustratur. Ludi-  
rum veterum instauratio quibus de causis facta.  
Thensam, lorum, terram tenere, quid.

124

### CAPVT II.

Ritus, & religio in contingendis thensarum fa-  
nibus, aut viitis rerum sacrarum. Thenzas equi  
ducebant, deducebant magistratus coronati, in  
veste Augustissima. Verba, & nutus in sacrificiis  
obscuruata. Eorum varijs ritus, & formulae.

127

### CAPVT III.

Instauracionis altera causa subitus motus, luctus,  
funus, supplicium de nocentie sumptum. Deos non  
animos sacrificantium modò, sed victimas luben-  
tes, hilarasq; exposcere. Sumptum id ex nostri  
literis. Ex his locus explicatus.

134

### CAPVT IIII.

Quæsum secundo de luctu: cur ab eo in sacru-  
abstinendum. Plutarchi hac de re faceta narra-  
tio. Ludi intermissi, & perempti, quando. Dia  
funesti qui.

137

### CAPVT V.

Ciceronis locus de pecunie & gratia debitione  
plane & plenè explicatus. Beneficium aliud esse,  
aliud rem in qua bære beneficij nomen, aliud  
gratiam, aliud mercedem beneficij dissoluere.

139

### CAPVT VI.

# C A P I T U M.

Linea diues, tessera larga, & alia quedam ex  
Martialis epigrammate de ludis Stellæ, lib. 8. 144

## C A P V T VII.

A quam olim equis in cursu sparsam, & quare.  
Propter locus aliter atque ab aliis explicatus.  
Aqua honeste interdum pro lotio. 146

## C A P V T VIII.

Arcana salinae. Pallida vina. Inferium quid?  
Propter locus ex Elegia q. lib. 4. explicatus. Li-  
bandi in sacris formula. Mos vrendi ad verum  
extorquendum. 148

## C A P V T IX.

Philantiae mala, & incommoda, que? ex nostris,  
externisq; literis. Peruidere. Amor improbus  
apud Horatium. Labor, color improbus apud  
Virgilium, & Senecam. 153

## C A P V T X.

Pes in navi velum: in homine cupiditates, & stu-  
dia, maximè in sacris. Virgilius locus in 5. expli-  
catus. 158

## C A P V T XI.

Arcana non scrutanda, sed togenda. Id verbum  
in bonam aequè atq; in malam partem acceptum.  
Nox pro nocturnis rebus. Curiositatis vitium re-  
prehensum. Horatij locus diligenter expensus. 161

## C A P V T XII.

Curiositatem loquacitas consequitur, atque insi-  
denta, que ira, ebrietasq; comes. Arcana sem-  
per tegenda. Vini tormentum. Id quare cum co-  
lubro comparetur, Proverb. 23. Non laudanda  
sua, aliena non reprehendenda. 168

## C A P V T XIII.

Preclara quedam sententia ex Satyr. q. lib. I.

# INDEX CAPITVM.

Horati explicata, & locupletata. In his multa ad mores, maximè in calumniatores, & perfidios, fraterni amoris pestes. 174

## CAPVT XIII.

In importunè dicaces, & qui falso sum aliis crimen obiectant, ex Horati sententia. A. Cecinni locu in lib. 6. Famil, de calumnia timoris, & caca suspicionis tormento. 180

## CAPVT XV.

Niger quis dicitur, Is color mortis, malitia, sceleratorum, infelicitatis symbolum tam in sacris, quam in externis literis. Albus conira, Alrau apud Iudeos rei. Christus candidatus sistitur, Vir bonus candidatorum titulus, Cicero explicatus. 185

## CAPVT XVI.

Charta, manus dentata. Charta olim dente, concháve levigari solita, Cicero, & Petronius Arbitr explicati. 191

## CAPVT XVII.

Morem scribendi elegia pro foribus, vel in pariete, maximè in laudem, à prisco saculo ad nostrum etiam manasse. Sopitionibus, vel Scipionibus scribere quid? Veteris ludi mos, quo dormientibus ora fuligine oblinuntur. Catullus, Petronius Arbitr illustrati. 194

## CAPVT XVIII.

Horati locus aliter atque a Lambino, & Budio explicatus, & illustratus ex eo D. Paulus ad Ephes. 6. Luctam apud Hebreos, ex puluere significari. Gymnasium etiam apud eos fuisse. 199

FINIS.




MARTINI DE ROA  
EX SOCIETATE IESV,  
DE DIE NATALI SACRO,  
ET PROFANO,

Liber Vnus.



CAPUT PRIMVM.

Varij gentium ritus ex superstitionis religiosis facti, lustralis aqua, thesaurestipi condenda olim ad templorum ianuas, Sigilla, signa, tabella pictæ in templis; item scuta, arma, cæne, laurusq; victoria. Quæ fere ex Hebreis.



Vb dies nascenti Christo Opt. Max. sacros, Marcellus ad me cùm venisset, postea, quæ in congressu solemus, anima uertistine, inquit, quām i. ultri ex prisco seculo titus ad nostra etiam tempora deriuati: certè cùm in aliis rebus, tum maximè in natalitiis celebrandis. Ita, inquam ego, Marcele: sed illos superstitiones inuenit, nostros tametsi similes religio coluit. Nec me fugit Ecclesiam ex gentibus constitu-

*Multa ex gentibus ad Christianos translatata.*

AA

tam, quos Idolis immerito haberent honores, vero Deo, diuisque libentiis detulisse. Facit me Theodoretus lib. 8. de Euangelica veritate  
*Theodoretus.* sub fine in. *Idos.* (Deos gentium intelligit) Confess gloria, vanosq; Deus reddidit; suis autem Martyribus honorem illorum dedit. Vbi de Natalitiis Martyrum sermo est; quae ut infra dicemus, non laetus modo, sed etiam laetios, quam illa gentium colebantur.

Enim uero cum abiurata maiorum superstitione, Christianam religionem induissent, quo primum erat imbuta, recens, ut aiebat Poeta, seruabat odorem testa diu: & nondum satis confirmata doctrina veræ pietatis ad veteri ritus devoluerebatur. Quod ad rem attinet, *B. Ambrosius.* Ambrosius, siue ut alij volunt, Maximus in Serm. Cui titulus, Increpatio de Kal. Ian. De his, inquit, loquor, qui nobiscum Natalem Dominice celebrantes, gentilium se feris dedicabant; & post illud caeleste coniuicium, superstitionis sibi prandium parauerunt. Idoli enim portio est inebriare vino mentem, ventrem cibis distendere, saltationibus membra torqueere, & ita prauis affectibus occupari, ut cogarisi ignorare quod Deus sit. Sed hoc, inquit Marcellus, culpare fuit, pleraque alia religionis: nam cum in templo antiquiora praesertim ingredior, satis admirari iuxta atq; gaudere non possum, cum superstitionis instrumenta, in religionis insignia transita conspicio, & lustralem aquam, & thesauros stipi condendae ad ianuam video; & gladios, & scuta de bello, & de seruitute, catenas;

*Sicut in no-*  
*feris templis*  
*ex presco ri-*  
*m.*

# SACRO, ET PROFANO. 3

tenas, & sigilla cerea ad genua, pedesq; sancto-  
rum, & capta de hostibus signa, & tabellas pi-  
etas eorum, qui è naufragiis, aut periculis eu-  
serunt, aut ipsa etiam vestimenta, & nauium si-  
mulacra suspensa contemplor, quæ non minus  
aliena fuere, quam nostra. De lustratione, in-  
quam ego, res nota: nam ea publicè priuatimq;  
recepta. Tertul. de Baptismo: Ceterum villas, do-  
mos, templæ, totasq; urbes aspergine circumlatæ qua rufus ve-  
aqua expiat passim. Ritus certè totus noster est;  
nam & ædes Dæmonum maximè spectris in-  
festas, & messes, cum à locustis vruntur, & si  
quæ concepere ignem loca, & violata templo-  
lastrali aqua respurgimus. Ad eam rem vasa  
gentes in templis habebant, qua sacerdotes  
aut sese, aut etiam ingredientes aspergerent.

Lustralis a-  
qua rufa ve-  
tusiss.

Sozomen. Ramos quosdam madidatos sacer-  
dos tenens aspergebat riu Græcorum, siue gen-  
tilium, intrantes. Asconius etiam in Diuina-  
tionem non aliunde censem delubra dici, quam  
ab labris, siue vasis, quæ ad deluendum habe-  
bantur in templis. Huc etiam spectat Hippo-  
crates in lib. de morbo Sacro (si tamen is au-  
tor est eius libri) Ipsiq; terminos, inquit, tem-  
plorum Diis designamus: ut nullus qui non pu-  
rui sit, eos transcendat, & ingressi respurgimus:  
non vi inquinemus se, si quoa etiam prius scelus  
habemus, purisicemus. Quem ad morem illa fa-  
ciunt, quæ scribit Durant. lib. 1. de Ritib. Eccle.  
cap. 21. Bozius. tom. 1. De sign. Eccles. lib. 1. Bozius.  
cap. 13.

Lustralis a-  
qua rufa pro  
templis.

Hippocrates.

Durantius.

Bozius.

Hic Marcellus, de lustratione, inquit, ista

AA 2



## 4 DE DIE NATALI

res mihi non obscura; scio enim solennem, & vſitatum apud omnes fere gentes, Græcos, Romanos, Persas, Ægyptios, Trojanos, Hebraeos, aliosque: sed de aliis ritibus doceri me volo. Tum ego, Egregium certe dissimulatore: perinde ac tu nō ista melius noris, quām ego ipse, qui dico. An ignotus tibi Senecæ nostri locus

Seneca.

*Thesauri ſtipe condenda in templis.* Epift. 116. qui ad hunc ritum expreſſe. Colam autem non taurorum opimis corporibus contritatis, nec auro, argentoq; ſuſpenſo, nec in theſauris ſtipe infuſa, ſed pia, & recta voluntate.

Marcus Varro.

*Tabella prodigiorum, ut aijunt, olim in templis.* Et Varro de lingua Latina appetet. *Dys., cm theſauris aſſem aanti ſtipem dicunt.* De tabellarum ritu Tibul. Eleg. 3. lib. 1.

Tibullus.

Virgilinus.

*Nūc Dea, n̄ ſe ſuccurre mihi, nā poſſe mederi.* Pieta doget templis multa tabella tua.

Virgil. in Catalecticis.

*Non ego thure modo, aut pieta tua templa tabella,*

*Ornabo, & puris ſerta feram manibꝫ.*

Corone, &amp; laurus triūp.

Quem ad morem multa paſſim in ſcriptoribus. Coronæ item, & lauri triumphantium dictæ in templis, vt arma, & ſcuta Laribꝫ, Herculi, & Marti. De lauro imperatoris ſupra ostēdi. Auctores Senec. lib. de consol. ad Albinam. cap. 10. Vterque Plinius; alter lib. 15. cap. 30. alter verò in Panegyr. Theodos. De armis Ouid. lib. 4. Trist. Eleg. 7.

Seneca.

Plinius.

Arma etiam ad Lares.

Ovidius.

lib. Machab. 9. cap. 5.

*Miles ut emeruis non eſt ſatis utilis armis,*

*Ponit ad antiquos qua tulit armata larv.*

Machab. lib. 1. cap. 6. de Antiocho. Et audita ciuitatem Elymaidem in Perſide nobilissimam,

et copiosam in argento, & auro: templumq; in  
ealocuples valde, & illic velamina aurea, &  
Lorica, & scuta, qua reliquit Alexander Phi-  
lli; Rex Macedo, qui regnauit primus in Græ-  
cia. De gladiorum autem armis Herculis ad  
postem fixis, nemo est qui ignoret. Iustinus *Iustinus.*  
autem ex Togo lib. 20. scribit Sagittas Her-  
culis in Thurinorum vrbe ad Apollinis, & fer-  
ramenta quibus equus Troianus compactus  
est, apud Metapontinos, ad Mineruæ consecra-  
ta. Sueton. in Calig. cap. 24. *Tres gladios in ne-*  
*cem suam preparavos Marti vltori addito Elo-*  
*gio consecrauit. Idem in Vitellio. cap. 10. Pu-*  
*gionemq; quo se is occiderat (scilicet Otho imp.)*  
*in Agrippinensem coloniam misu Marti dedi-*  
*candum. Huc etiam Tertull. respexit in lib. De* *Tertullianus.*  
*resurrectione carnis: Gladius bene de bello*  
*cruentus, & melior homicida laudem suam con-*  
*secratione pensauit. Huc refert illud Dionis in* *Dio Cass.*  
Antonino Caracalla. Factum est paulò ante  
quam necaretur, ut Alexandriæ magnum in-  
cendium. sicut ego accepi omnem interiorem par-  
tem tēpli Serapidis inuaserit; eod; solus gladius,  
quo fratrem interfecerat conflagravit, ceteris o-  
mnibus ab iniuria ignis conseruatis.

Ioui præterea reduci, qui re bene gesta ex  
bello redierant, dedicabant. Laodamia Prote-  
silao apud Ouidium Epist. 13. ita scribit.

Dij precor à nobis omen remouete sinistrum,  
Et sua det reduci vir meus arma Ioui.  
Et paulò post in eadem Epist.

Et dices referas arma fac ista Ioui.

*Arma de be-  
lo ad Iouem  
reducem.*

## 6 SACRO, ET PROFANO.

*Manumissi  
catenas, &  
annulos Diis*

*dicabant.*

*Martialis.*

*Horatius.*

*Qui mos ab  
Hebreis.*

*Numer. 17.*

*Eadem in no-  
stris templis.*

*Varro de Lin-  
gua Latina.*

*Catenas, & an-  
nulos ferreos Saturno, & Laribus donabant  
Martialis. ---*

*Has cum gemina compede dedicat catenam,  
Saturne ubi Zoulinus priores.*

*Item Horat.lib.I Sermon. Sat.V.*

*Donasset iam ne catenam,  
Ex voto Laribus quarebat.*

*Sed hunc etiam morem ex Hebreis opinor  
acceptum, apud quos Aaronis virga conlecta  
ta in tabernaculo fuit, in signum rebellionis  
filiorum Israël, Numer. 17. Dixitque Dominus  
ad Moysem, Refer virgam Aaronis in Taber-  
naculum testimonij: & seruetur ibi in signum re-  
bellionis filiorum Israel. Fecitq; Moyses sicut  
praeceperat Dominus.*

*Quid ram simile, quām id quod passim nos  
videmus in templis, vbi enses, scuta, gae-  
lae, signa suspensa? Excepit Marcellus, & pro-  
bè tu, inquit, ista, sed de cereis imagunculis ri-  
tum esse veterem, qui doceas? Tum ego, ce-  
reas, inquam, quod ad hoc pertinet, non do-  
ceo, non lego, sed lanceas, aut scirpeas. Fest.  
Pomp. lib. 14. vbi de pilis loquitur. Ideòm  
*Compitalibus manet constitutum, ne humani  
sanguine sacra polluerent; utq; pilas, & effigies  
viriles & muliebres ex lana in compitis suspen-  
derent; Laribusq; tot pilas, quot essent seruorum  
capita, & tot effigies, quot essent liberi, noctu pro  
victimis darent: ut si quod periculum familie  
immineret, aut triste fatum, hoc sacrificij genere  
expiant. Varro lib. 6. de ling. Latina. Argui-  
fiant**

SACRO, ET PROFANO. 7

scirpeis virgultis simulacra sunt hominum triga-  
nta: ea quotannis à ponte Sublichtio à sacerdoti-  
bus publicè iaci solent in Tyberim. Nam & suum  
etiam inesse fluminibus numen arbitrabantur.  
Sigilla etiam id est, hominum simulacra, quæ Sigillorum  
arte fictili compingebantur, in sacellum Ditis mos anti-  
aræ Saturni allata scribit Macro.lib. I. Saturnal. quus.  
cap. II. ea, Oscilla etiā dicta quidam existimāt,  
& ex eo ritu Virgilij carmen ex 2. lib. Georg. Virgilius.

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu:

Interpretantur: ut velint fictilia simulacra ex  
pinu suspensa, quem admodum ad sacras olim  
arbores lucernæ, ut supra monuimus. Sed ea  
de re Seruius, & cum eo pleriq; iuniorum ali-  
ter. De quo nihil certè labore, hoc vnum dico,  
videri nostros hanc quoque superstitionem in  
religionem commutasse.

APPENDIX.

**V**bi de thesauris qui hodie in templis ad Thesauri ad  
condendas stipes. adde Iosephi locum ex stipe rati-  
lib. 9. Antiquit. cap. 8. ex quo facile videas vñ- dam in tem-  
de arcularum mos, quæ in nostris templis, de- plis:  
fluxerit. Nam cùm ad restaurationem templi  
collatitia pecunia opus esset. Ioiadas Pontifex.  
Fecit ligneam arcam, & undique muniens eam, Iosephus.  
vnum ei foramen aperuit: quam ponens in tem-  
plo iuxta sacrarium, iussit singulis, ut quantum  
vellet, in eam mitterent per foramen, pro templi  
reparatione.

Cum dicerem morem illum ex Hebrais acceptum, ut hostium spolia, & de seruitute catenas in templis suspenderent, fugit operarum oculos Iosephi locus in margine adiectus: quo docet Agrippam Iudæorum Regem catenam auream, eius argumento qua Römæ vincitus fuerat, in templo Hierosolymis suspendisse. Scribit igitur, Caium cumulatum donis (inter quæ aurea catena ad eius instar, cni alligatus in carcere fuerat) Agrippam ad propria remisit;

Vincula olim  
in Hebraeorum  
templo dicata.

*Auream vero, inquit, catenam, quam ei derat Cainus, factam ad instar ponderis ferree catenæ, in qua manus regis fuerant obligatae, ut tristis fortunæ memoriam reuocaret, & testimonium de rebus melioribus perhiberet, in templo suspendit supra Gæophylacium, ut & maximu-  
m eius indicaret casum, & simul ostenderet, & posse eum qui corruerit, denuo suscitari. De hostiis autem spoliis lib. 15. cap. 14. Circa omnem vero sacrarij orbem spolia barbarorum fixa, que Rex Herodes deuonit; addens etiam quæ & ipse ab Arabis ceperat.*

Bestie exquisita  
strouitatis  
dicata in  
templo.  
Xiphilinus.

Hic etiam addi velim morem nostrum, quo exquisitæ magnitudinis bestias, aut remotissimis è regionibus asportatas in templis dicamus, vetustum etiam esse. Xiphilinus in Adriano. Eodem tempore Adrianus templum Jonis Olympij, in quo ipsius quoque statua posita fuit, Athenis edificauit: iussitq; in eo draconem allatum ex India collocari.

## CAP V T II.

*Vetus mos Deum seruatorem inuocandi ante poculum, & acclamandi tutelares Diuos ante pugnam. Loci aliquot ex sacris literis explicati. De Dei, ac Iesu nomine. Matutina, vespertinaeque preces in templis ea salutationes propriè dictæ, & alia eiusmodi.*

**H**Æc ego de isto ritu: sed quoniam hoc me sermo deduxit, addam etiam alios veterum ritus, non quidem mutuatos, sed vindicatos, & ex superstitionis religiosos factos à nostris; atque ex dæmonum cultu ad Dei laudem, gloriamque traductos. Nam ut Nouendialia facra præteream, quæ illi aut luendi causa piaculi, aut auerrendi periculi gratia faciebant, & cum illis ritè consentiunt, quæ ab Hispanis Nouenas, vel Nouenarios appellantur: atque ut omittam solennes pompas in festis, & prælatas Diuorum, uti apud nos, thenas, & fetcula: & solenni Diis carmine supplicatum, & multorum dierum ad Deorum tempora, & puluinaria continuatas obsecrations, neque de igne nouo, qui in Paschalis cerei consecratione excitatur. Qui ritus à Vestalibus obseruatus, aut de inedia in festorum perwigiliis, & ante sacrorum cærimonias non secùs atque apud nos ante sacram Eucharistię communionem, quidquam attingam.

Illud tamen non præteream, solenne nostris

## 10 DE DIE NATALI

*Iupiter Seruator ante pocula inuocatus.*

esse ante poculum præfari nomen Iesu, id est, veri Seruatoris, atque Saluatoris: cuius rei simile etiam aliquid lego apud Athenienses, qui iussu Regis Amphycionis Iouis Seruatoris nomen ante poculum inuocabant. Docet

*Athenaeus.*

Athenaeus lib. 2. cap. 1. *Iouis præterea Seruatoris nomen inuocare constituit memorie gratia bibentium, quod sic bibentes salutem sine dubio consequerentur. Quæ sanè persuasio (quod ad Iouem attinet) ut ridicula est, atque impia, ita nos sapere docet; & veri Seruatoris nomen non in corde modò, sed semper in ore gestare, qui unus & solus nobis & Seruator, & salus. Apud*

*Inter bibendum Latinos autem moris fuit inter pocula sibi bene precatu.*

*Plautus.*

BENEDICENDI. Plautus in Sticho, Actu 5. Scena 4. *Bene nos, bene me, bene nostram etiam Stephanum. Bibe, si bibis. Nec præsentibus solùm, sed etiam absentibus bene precabantur. Tibullus libro 1. Elegia 1.*

*Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat.*

*Ouidius.*

*Nomen & absentis singula verba sonent.*  
Ouidius lib. 2. Faſtorum:

*Larga precaturi sumite vinam manu.*

*Et bene nos, bene te, patriæ pater optime Cesar.*

*Dicite suffuso per sacra verba mero.*

*Liuius.*

Liuius lib. 39. de Quintio Flaminio, qui hominem inter epulas securi percuti iusserat: *Facinus, inquit, sauum, & atrox, inter pocula, atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procaciis insin-*

*Con-*

SACRO, ET PROFANO. II

Consulis recebantis maectatam humanam vicit-  
mam esse, & cruento mensam resp̄ rsam. Christia-  
no etiam riru acclamato Tutelari aliquo gen-  
tis Diuo, vt B. Iacobo apud Hispanos, prælia  
committuntur. Nec dissimile illud, quod Iusti-  
nus de Macedonibus narrat, lib. 24. solitos ni-  
mirum Imperatorum nomina pro numinibus  
in præliis acclamare. Nunc orbitatem amissio-  
rum filiorum dolabant, nunc excidia urbium  
metebant, nunc Alexandria, Philippis, Re-  
gum suorum nomina, sicuti numina in auxilium De Germanis  
vocabant. Quod etiam referri posset illud Cor- insinuat Ta-  
nelij Taciti in lib. de moribus Germanor. Fuisse catus.  
apud eos Herculem memorant, primum i. om-  
nium ituri in prælia canunt. Herculem scilicet  
appellasse videntur, vt eius numine confirma- Lipsius.  
rentur ad pugnam. Quamquam Lipsius magni  
vir ingenij, atque exquisitæ doctrinæ aliter  
distinguit, ac putat, non eam Taciti mentem,  
vt Herculem canerent; sed quod alacres, &  
cum cantu inciperent pugnam: id quod idem  
Tacitus lib. 2. Histor. docet. Sed hic certè can-  
tus nihil aliud fuit, quam ingens, confususque  
clamor sese ad pugnam incitantium, quem ille  
germana voce Braritum, à clamando ducta  
appellant. Id verò fieri solitum virorum alio-  
qui fortium, aut etiam Diuorum inuocatione,  
tum vt terrorent hostes magnis illis nominibus  
objectis, quorum opem præsto sibi futu-  
ram ominarentur, tum ut sese eorum memoria  
& spe præsentis auxilij ad congressum anima-  
rent, verisimile est.

Quem

*Qui mos ab  
Hebreis.*

*Machab.  
lib.  
2.cap.12.*

*Psalm. 19.  
illustratus.*

*Et Psalm. 43.*

*Malach. 4.  
Dei, ac Iesu  
nomen horribile  
hostibus.*

*D. Paulus  
Philipp. 2.*

Quem morem, ut pleraque alia ab Hebreis  
Barbari acceperunt, quibus solennis fuisse ritus  
iste ex sacris literis haud obscurè colligitur.  
Machabæorum in primis lib. 2. cap. 12. At illis,  
qui cum Esdrin erant diuinus pugnantibus, &  
fatigatis, inuocabit Iudas Dominum adiutorem,  
& ducem bellis fieri: incipiens voce patria, & cum  
hymnis clamorem extollens. Psalm. 19. Hi in cur-  
ribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei  
nostrî inuocauimus. Quid est enim inuocare  
nomen Domini, nisi Dominum nomine suo in  
auxilium vocare? Ideo recte David Psalm. 43.  
*In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in  
nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.* Nam  
ad eius nominis compellationem corrueant  
hostes, & consternabuntur. Malach. 4. *Quia  
Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, &  
nomen meum horribile gentibus.* Ad illud igitur  
inuocatum cohorreant hostes necesse est, &  
tremore soluantur.

Quare cùm Apostolus dicit: *Ut in nomine  
Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium,  
& infernum.* Hoc dicit, tantam inesse virtu-  
tem in hoc nomine, ut eo auditio Inferi contre-  
miscant, & quotquot eius sunt hostes, solu-  
tis genibus in terram concidant tremebundi.  
Flecti autem genua, vel solui, consternati, ac  
debilitati animi, & dedititij symbolum esse, suo  
loco diximus. Iam verò, quòd cœlestes etiam  
ad genua prouoluendos dicit Apostolus, dedi-  
titiorum in morem id facturos significant:  
quoniam Christum Regem suum adorantes  
agnoscunt.

*Quid?*

Quid? quod præter lineas etiam Sacerdotum *Vespertinas,*  
 yestes, inquit Marcellus, & rasum caput, matu- *matutinæq;*  
 tinæ, vespertinasque preces, & ad tibiam can- *preces, & lau-*  
 tus in sacris apud eosdem reperio. Eæ salutatio- *des, idolorum*  
 nes, & laudes appellabantur. Tibullus libr. I. *Tibullus.*  
*Eleg. 3. de sacris Isidis:*

*Et mea votivas personens Delia noctes,*

*Ante sacras lino tecta fores sedeat.*

*Bisq; die resoluta comas tibi dicere laudes*

*Insignis turba debeat in Pharia.*

Prima enim hora templum aperiebatur, & ma- *Excitationes*  
 tutinæ salutationes fiebant, quæ excitationes, *quid.*  
 & templi dicebatur apertio. Apuleius Milesiæ *Apuleius.*  
 fabulæ lib. 11. *Rebus iam ritè consummatis in-*

*choate lucis salutationibus religiosi primam nun-*

*ciant & horam perstrepunt. Ciceropro Roscio *Cicero.**

Amerino: *Quod si luce canes quoque latrent, cum*

*Deos salutatum aliqui venerint; ut opinor, iis*

*truria suffringantur. Seneca lib. 15. Epistola vlt.*

*Vitemus salutationibus matutinis fungi, et foribus *Seneca.**

*assidere templorum. Prudentius in Peristeph. *prudentius.**

*huc allusit.*

*Mane salutatum concurritur, omnis adorat*

*Pubes.*

Idem octaua hora fiebat. & templa cludeban-  
 tur. *Martialis.*

*Nunciat octauam Pharia sua turba iuuençæ,*

*Atque pilata reddit, tamq; subitq; cohors.*

Utramque Arnobij locus complectitur in 7. *Arnobius.*

*Quid sibi volunt excitationes illæ, quas canunt*

*matutini collatis ad tibiam vocibus? Obdormi-*

*cunt enim superi, remeare, ut ad vigilias de-  
 beant.*

beant. Quid dormitiones ille, quibus bene, &  
valeant auspiciabili salutatione mandatis? Somni-  
enim quiete soluuntur, occupariq; ut hoc possint,  
tenes audienda sunt nania.

Crebra huiusce rei apud Liuum, & fere  
 omnes antiquos scriptores mentio. Scio ta-  
 men ista meras nugas, addo etiam infernas  
 fraudes dolo malo dæmonum inuentas, ad ho-  
 minum mentes superstitionibus obligandas.  
 Sed hoc ago, plures eius sæculi ritus ad nos de-  
 riuitatos, & meliores effectos, atque diuinis ho-  
 noribus consecratos. Eös nunc non est in ani-  
 mo persequi: suum librum priuatus hic labor, si  
 tempus & valetudo tulerint, feret. Hoc inter-  
 rim lectores monitos velim; quod ad mores


Ethnicis mul attinet multa illos optima, & honestissima si-  
 ta ad mores ue inductione naturæ, sive instinctu Dæmo-  
 num (qui per religionis speciem cæcos indu-  
 cebat in fraudem) studiofissimè coluisse. Au-

Clemens Rom. dite Clementem Romanum Apostolic. Con-  
 stitut. lib. 1. Etenim si cultores dæmonum in illis  
 suis sceleratis & detestabilibus, atque impuris sa-  
 cris offensione Dei plenis, usque in hunc diem  
 sancta unitantur, &c. Si illi inquam vanam, ac  
 consolam opinionem habentes, ac nulla spe firma  
 subnixi, qua sanctitatem, & religionem habem,  
 imitari student, &c. Quam certè in senten-  
 tiā innumera propè possem, cùm  
 testimonia, tum etiam exem-  
 pla proferre. Sed de  
 hoc alias, vt  
 dixi.

Ad

## APPENDIX.

**V**bi de ritu bene precandi inter pocula, *Ritus bene pre-*  
**quod fieri solituim**, **B E N E D I C E N- *candi ante po-*  
**D I** verbo diximus: adde etiam factum hoc  
 verbo **V I V A S**. Xiphilinus in Commodo. *xiphilinus.*  
**B I B E B A T** defessus in medio certamine,  
 capiebatque poculum vini dulcissimi refrige-  
 rati de manu mulieris. **Quo** exhausto, statim  
 multitudo, nosque omnes, id quod in conui-  
 uiis dici solet, dicebamus magno clamore,  
*Zefias, V I V A S.***



## CAPUT III.

*Vary gentium ritus in celebrandis, siue etiam  
 lugendas natalitiis diebus, & eorum cause,  
 atque rationes. Corpus animi vinculum, &  
 carcer, & sepulcrum Philosophis dictum.*

**H**ic Marellus, redeamus, inquit, ad supe-  
 riora, & si vacas animo, neque habes ali-  
 quid, quod huic sermoni praevertendum putas,  
 explica amabo, uobis de Natalitorum anti-  
 quo more quid sentias. Ego vero, inquam, huic  
 doctrinæ semper vaco, Marcellæ: hoc autem  
 tempore cum sit nihil aliud, quodlibet agere  
 possimus, ea de re nō grauabor explicare quid  
 sentiam. Primum igitur antequam de celebri-  
 tate dicam, varias gentium ea de resentias,

*Ingressus ad  
dissertationem  
de die Natali.*

mo

*Perfis, Romaniq[ue] natalis dies festus.* moresque proponam. Persæ in primis natalem suum religiosè coluerunt, ut tradit Herodotus, & s[ecundu]s Athenæus. Romani verò nullo die laetiis curati, aut lenioribus sacrificiis, aut iudiis magnificentioribus oblectati. Quamquam i[psa] qui Gades olim incoluere, in lucem editos lacrymis, mortuos cantibus prosequerentur.

*Natalem qui luctu prosequuntur.* Quem etiam morem Causiani, Cessiae, Gymnosophistæ, Bragmanes, Stobæo ex aliorum authoritate referente, seruarunt. De Thracibus in Terpsicore Herodotus, Valerius, Mela, Solinus, & Archias Poëta in primis nobilis, testatum literis reliquerunt. Cuius extant inter epigrammata Græca in hanc sententiam hi verbi.

*Archias Poëta.*

*Thracas quis laudat, soleant quod plangent natos*

*In lucem quoties edidit alma parens?*  
*Contra fælices vocitant, quos flore iuuent*

*Ancillans Parcis mors inopinata rapit.*  
*Illi dum viuunt properant ad pessima queque:*

*Ast iis mors finem contulit ipsa mali.*

*Plutarchus.*

Plutarchum memini in libro de audien. Poëtis è Tragico, nescio quo Senarios illos in hanc sententiam referre, quos Aristides, & Cicero Tusculanar. 2. & Strabo luculentus author lib. 11. tradunt esse Euripidis in Themistocle; vel, vt alijs volunt, in Ctesiphonte.

*Euripides.*

*Oportuit nos funeris luctu grani  
Dolere natum maxima ad discrimina.  
At mortuum, qui cassus est laboribus,  
Efferre late corde, latiis vocibus.*

Videor mihi non ab re facturus, si Macrobius sen

sententiam laudem, maximam his, quæ dicta  
 sunt, lucem allaturam. Is enim primo libro, *Macrobius*,  
 quem scripsit in somnium Scipionis, cap. 2.  
*N*am & qui primum, inquit, *Pythagoram*, &  
 qui postea *Platonem* sequuntur sunt, duas esse mortes,  
 unam animi, animalis alteram prodiderunt.  
*M*ori animal, cum anima discedat è corpore:  
 ipsam vero animam mori afferentes, cum a sim-  
 plici, & individuo fonte nature in membra cor-  
 pore a dissipatur. *H*ec autem est causa, cur eum-  
 dem mortis Deum, modò Ditem, modò immitem  
 vocemus: cum per alteram, id est animalis mor-  
 tem, absoluī animam, & ad veras naturae di-  
 uitias, atque ad propriam libertatem remitti,  
 faustum nomen indicio sit. *P*er alteram vero, quæ  
 vulgo vita existimatur, animam de immortaliti-  
 tatis sue luce ad quasdam tenebras mortis im-  
 pelli, vocabuli testemur horrore. *E*t lib. 2. *M*or-  
 tuos enim ad sepulturam, inquit, prosequi oportet  
 cum canitu plurimarum gentium, vel regio-  
 num instituta sanxerunt: persuasione hac: quia  
 post mortem animæ ad originem dulcedinis mu-  
 sice, id est, ad cœlum redire credantur. *E*leazarus  
 certe apud *Ægesippum* lib. 5. excidij Hieroso-  
 lymitani: *N*on nullis, ait, gentibus mos est, ut ho-  
 minum ortus fletibus, occasus gaudiis prosequan-  
 tur: & illos ad erumnam natos dolcent, hos ad  
 beatitudinem rediisse gratulentur: illos ad serui-  
 tatem venisse ingemiscant: hos ad libertatem re-  
 missos gaudeant.

Et facit, quod iudicare possum, ab illis ratio-  
 nam qui suscipitur in hanc lucem, quam viam *Natalis cur-*  
*lugendus.*

iubit, quam non mille asperitates molestam, infinitae difficultates periculotam, discrimina infestam efficiant? Testetur id Posidippus, vel  
*Crates Cynic.* ut aliis placet, Crates ille Cænicus, cuius illa citantur:

*Quem teneas vita callem rogo? iuxta tribuna  
 Furgia, & anxius est questus; at in domibus  
 Curae, durus labor agris imminet, Vndiq[ue] p[ro]p[ter]e  
 Terror: opes peregrine qui gerit, usque paua,  
 Pauperies grauior; coniuia mente quietum  
 Executunt: Caleb[us], heu, male sanus eris.  
 Proles fastidium: genus hac sine cibcidit: omnis  
 Mente caret iuuenis: viribus inde senex,  
 Virum igitur malis optandum, vel neque nasci  
 Unquam, vel fato perniciose rapi.*

*Ausonius.* Ex quibus, opinor, Ausonius carmen illud suum de vita humana desumpsit. Argumentum idem, eius ratio tractandi liberior.

*Vita mortal[is] incommoda.* *Quod vita seclabor iter, si plena tumultu  
 Sunt forā? si curis domus anxia, si peregrinu[m]  
 Cura domus sequitur: mercantē si noua semper  
 Damna manent; cessare vetat si turpis eg-  
 stas? &c.*

*Optima Graiorū sententiā quippe homini aut  
 Non nasci esse bonū; natū aut cito morte peri.*

*Plato* *corpus* *sepulcrum.* Nec aliam ob causam Plato in Cratylō, corpus appellat sepulcrum, sūma appellat, veluti sūma, id est, sepulcrum,

*Euripides.* Atque in Gorgia profert illud Euripidis: *Qui  
 nouit utrum vivere morisit, mori autem vivere  
 Maximus quoque Tyrius Platonis studiosissi-  
 mus imitator idem sanè affirmabat: quod ex  
 posteriore memoria plurimi tradiderunt. Nam*

## SACRO, ET PROFANO. 19

Macrobius corpus, ait, vinculum à Cicerone appellari, quasi sepulcrum, quod carcer est sepulchorum. Homerus autem corpus *Munus*, appellavit; quod sane vocabulum & corpus ipsum, & carcerem, siue vinculum significat: tanquam corpus sit carcer animi. Quem sequutus Virgilius *Aeneid. 6.* Corpus enī  
ceter.  
Hinc metuunt, inquit, cupiuntq; dolent, gau- Virgiliana.

dentq; nec auras

Respicunt: clausæ tenebris, & carcere caco.

Quem locum Seruius definitiones esse corporis arbitratur. Quin habeo etiam Palladat non iulegans Epigramma Græcum, cuius sententiam verbum verbo reddens, sic expressi:

*Corpus dolor animi, infernus, Parca, onus, ne-  
cessitas,*

*Et populus ferox, & pœna cruciamentorum,  
Sed quando egressa fuerit è corpore, tanquam  
è carceribus*

*Mortis, fugit ad Deum immortalēm.*

## CAPUT III.

Pythagora egregia sententia. Rejectus sororum error, qui animas in corpora tanquam in carcere supplicij ergo existimarūt inclusas. Inferi appellata corpora. Nostrorū in nataliis celebrandis mos, atque sententia, & alia eiusmodi.

**N**on minūs igitur acutè, quam grauiter Pythagoras, quemdam ex discipulis conspi- dictum, curando corpori diligentius vacantem,

ut optimum, nitidumque habitum sibi compararet: *Hic, inquit, non desinit molestiorem sibi carcерem struere.* Sensit vir egregius animum corpore ceu carcere inclusum, quod quod pinguius fiat, eò magis animum opprimat, mentisque lumen extinguat. Sed ne illud quidem mysterio vacat, quod apud Pallada, corpus inferorum afficitur appellatione.

*Corpori Inferum nomen datum.*

*Macrobius.*

*Fabularum de inferis explicatio.*

Primi enim illi Theologi nihil aliud inferos putauerunt, quam ipsa corpora, quibus inclusi mortaliū animi tam multa saepe incommoda, dolores, & gritudines, cruciatus ferre cogantur. Author est Macrobius, qui lib. i. in somn. Scipionis, cap. 10. sic scribit: *Antequam studium Philosophiae adolesceret, qui per diuersa genus authores in constituendis sacris ceremoniarum fuerunt, aliud esse Inferos negauerunt, quam ipsa corpora, quibus inclusae animae, carcерem fædum tenebris, horridum sordibus, & cruento patiuntur.* Hoc animæ sepulcrum, hoc Ditis concava, hoc Inferos vocauerunt: & omnia, quæ illuc esse creditur fabulosa persuasio, in nobis meti ipsiis, & in ipsis humanis corporibus assignare conant sunt. Oblivisionis suuum errore in dicebant animæ obliuiscemus Diuina originis maiestatem: Phlegetontem ardores irarum, & incendia cupiditatum: Acherontem humanæ varietatis dolorem, & egritudinem animi fluctuantis; Cocytum, quidquid homines in luctum, lacrymasq; compellunt: Stygem, quidquid inter se humanos animos ingurgite mergit odiorum, &c. quæ sequuntur.

Sententiam profecto dignam talibus ac tan

tantis viris. Si tamen ita accipiatur, ut debet, nec simpliciter corpus hoc cancer intelligatur, sed quatenus mortale, & corruptum, peccato-  
 rum illecebras, & vitiorum incitamenta suppe-  
 ditans: atque ut aiebat Sapiens, *animam aggra-*  
*vans*; à quo se liberari cupiebat Apostolus ad  
 Roman. 7. Alioqui enim error Platonicus vi-  
 detur à Concilio Brachatensi 1. damnatus, *Platonicus*  
*error.*  
 cap. 6. Non enim defuere qui animas censerent  
 vna cum Angelis à Deo creatas, ac deinde fasti-  
 dio affectas rerum cœlestium, amare cœpisse  
 terrenas: atque idcirco à Deo in corpora tam-  
 quam in carceres fuisse detrusas. Sed hunc er-  
 torem grauissimè refutat doctissimus è nostris  
 Bellarminus Cardinalis tom. 3. lib. 4. cap. 11. *Bellarminus*  
*Cardinalis.*

Quidni optaret ille patientissimus Iob: *Iob. 7ta*  
*fuisse quasi non esset, de utero translatus ad tu-*  
*mulum: periisse diem, in qua natus esset, noctem-*  
*que illam, in qua dictum erat: Concepitus est*  
*homo. Quidni Hieremias vates ille fidissimus* *Hierem. 20.*  
*diem maledictam appellebat, qua in hanc suscep-*  
*itus est lucem, quæ nihil ferè lucis habeat, præ-*  
*ter nudum nomen, inanem titulum, & vanam*  
*compellationem? Id causæ fuit, cur Ecclesia* *Sanctorum mors*  
*nostra Sanctorum virorum occasus potius fœ-* *pro natali,*  
*licissimos, quād dubios ortus celebrando*  
*duxerit, & tractum à Natali nomen, ad eorum*  
*è vita discessum accommodarit, ac obitum*  
*ipsum Natalitorum appellatione cohonestarit.* Neque id quidem, ut impij quidam nebulones effutiebant, recenti memoria inuentum,  
 sed Apostolorum instituto veteri confirma-

*Eusebium.*

tum. Etenim Smyrnensis Ecclesia, ut est apud Eusebium libro quarto, cap. decimoquarto in Epistol. quam ad Catholicos scribit, clapsō corporato nondum anno centesimo, post enarrationem martyrij Polycarpi. *Nobis*, inquit, in unum aliquando coactis Dominus praestabit, ut celebrem eius martyrij diem instarnatalis festi, cum exultatione & gaudio, quantum fieri potest, maximo recolamus. Idem ipsum Clemens, Tertullianus, Cyprianus, Nyssenus, Alexadrinus, Origenes, Augustinus ostendunt. Sed de hac re sub huius libri finem vberius.

*Eccles. 4.**Leuit. 12.**Hieronymus.*

Excitasti me, inquit Marcellus, ut ab Ethnici scriptoribus ad authores sacros transirem, quidque ipsi de natalitiis diebus, de que eorum celebritate censerint, explicandum mihi proponerem. Ecclesiastes enim laudabat magis mortuos quam viuentes, & eum, qui natu non esset, feliciorem utroque indicabat: nec diem mortis diei nativitatis dubitat anteponere. Quid vero aliud expiatio apud Leuiticum feminæ, quæ partum edidisset, ostendit, quam vitæ fordes, quas subit fœtus, & subiturus ingreditur in hanc vitam: Hieronymum audimus velim, qui, cum illud Leuitici secum ipse perpenderet: *Nemo*, inquit, ex omnibus sanctis inuenitur diem festum, vel coniuinium magnum egisse in die natalis sui: *nemo* inuenitur habuisse letitiam in natali suo, vel filia. Soli peccatores super huiusmodi natinitate lantur. Innenimus enim Pharaonem Regem Ægypti diem natalis sui cum festinitate celebrantem; in novo vero Testa

*Testamento Herodem. Ut erque tamen eorum ipsum festiuitatem Natalis sui profusione humani sanguinis cruentauit.*

Sed B. Augustini temporibus natalitiis dies coniuuiis celebrabatur, lātitiaque communi. <sup>B. Augustini natus natalem celebret.</sup> Ipse enim Augustinus natalem suum coniuicio <sup>suū</sup> celebravit, & disputatione solenni. In lib. de ordine, parentis in genium se periclitatum sēpe commemorat. Sed in quadam, inquit, disputatione praecep̄ non parvæ rei, quam die natali meo cum coniuuiis habui, & in librum contuli. Est illa de beata vita, quam ille in 2. Retract. ex occasione natalis sui ortam dicit.

Hic ego, optimè verò, inquam, Marcelle: sed illi quos Hieronymus reprehendit, piaculum non videntur horruisse cruoris in natali suo profusi. Videris mihi, inquit ille, ad tem ipsam aggredi, & velle ritus veteres explicare. Ita Marcelle, inquam: videmur enim mœstitia sermonis animum contraxisse, neque diem magis occasus nostri, quam hortus, hodierno sermone familiariter defluisse. Nunc quoniā quid veteres cùm profani, tum etiam sacri de natalitiis censuerint, auditistis: deriuemus aliò sermonē, relaxemus tātisper animū, atque ab ista dicendi tristitia ad lātitiam, hilaritatemq; traducamus. *Musis, inquit ille, amicus, ut ait Horatius.*

*Horatius.*

*Tristitiam, & metus*

*Trade proteruis in mare Creticum*

*Portare ventis.*

Et redi ad cetera. Tum ego, Persis in primis, <sup>Æ-</sup> <sup>Que gentes</sup> Idumæis, aliisq; gentibus solenne fuisse <sup>natalem celebrent.</sup>

Natalitia celebrare compertum est. Romanos in eam rem plurimum studij, ac diligentiae adhibuisse docebo; quo ritu, quibus sacriss, quibus ludis, quibus animi & corporis oblectamentis, quo denique splendore peragerentur, ostendam. Nam tametsi de Natalitiis nonnulla pauca scripsere, nemo vnius rem ex instituto tractauit. Poëtæ, Historici, Oratores aliud agentes leviter plerumque ritus, ac mores aliquos tetigere: nemo tamen, quem ego nouerim, hoc suscepit, ut vniuersum genus scribendo explicaret, aut quæ sunt in authorum libris dispersa colligeret, in volumenque conferret. Nam qui vnius omnium professus est Censorinus apperta libri inscriptione, se de Natali die dicturum: aut nihil est, quod dicit, aut certè sat parum. Iuua igitur, Marcellæ, & cum opus erit, etiam dirige.

## APPENDIX.

*De Hebraorū more in natalitiis celebrandis Ioseph. lib. 19. Antiqu. c. 7.* **I**Vdæis quidem natalitiæ celebritates non videbantur in more fuisse, nisi Regibus; neque aliorum, quam suæ: non etiam filiorum. De Regibus, Herodes testis est in sacris literis, & Agrippa apud Iosephum, lib. Antiquit. 19, cap. 7. *Die siquacm festino natalitiis sue, dum cuncti, quibus imperabat, in letitia magna consisterent, Sylam renocari iussit: secum scilicet comissurum.* Sed ex Romano ritu, quem

quem ille Romæ didicerat, atque adeò in Iudea, vbi Hebræos ad natalitia imperatorum celebranda coactas legimus, quemadmodum & alij prouinciales. Alias enim Iosephus lib. 2. *Et lib. 2. contra Appionem ita scribit de Mose legislatore.* Sed neque in filiorum natiuitatibus concessit epulationes aggregari, & fieri occasiones iubetatis.

## C A P V T V.

Natalis dies in festis ne, & feriis in publicis, an in priuatis? Deorum, ac Regum natales publicè festi feriatiq; aliorum nonnisi priuatis. Votiva interdum feriae apud veteres, uti apud veteres, uti apud nostros, eadem de causa.

**N**atales dies feriarum numero contineri, *Natales dies feriati.*  
Neosdemque quasi Deorum immortalium festos atque solennes summa religione celebratos, cum auctoritas multorum, tum ipsius vocabuli vis, notioque confirmat. Tibull. ad *Tibullus.* Cherintum de die Natali.

*Est qui te Cherinte dies dedit hic mihi sanctus,*

*Atq; inter festos semper habendus erit.*  
*Horatius lib. 2. Sermonum.*

*Ille Reputia, Natales, aliosve dierum  
Festos albatis celebres.*

## 26 DE DIE NATALI

*Macrobius.* Macrobi. lib. 1. Sat. cap. 15. Sunt præterea feriae propriæ familiarum, ut Claudiæ familia, vel Aemiliae, seu Iulie, siue Corneliae: & si quae ferias proprias quæq; familia ex usu domestica celebratatis obseruat. Sunt singulorum, ut Natalium, fulgurum susceptiones, item funerum, atque expiationum. Nec dissimile id, quod apud nos etiam seruari multarum vetus consuetudo familiarum ostendit: quibus solenne est pro priuato singularum studio, quo die vel graui sunt perfunctæ periculo, vel quo alio ab Diuis beneficio affectæ, solennes, & anniversarias in eorum honorem ferias agitare. Id verò & à priscis etiam obseruatum diuinus Poeta docet Æneid. 8. apud quem ita Rex Euanander Ænem alloquitur sacrificio, coniunctioque peracto.

*Priuata apud nos feria.*

*Virgilinus.*

--- *Non hec solennia nobis  
Has ex more dapes, banc tanti numinis  
aram,  
Vana supersticio, veterumq; ignara Deorum  
Imposuit. Sanis hospes Troiane periclis  
Seruati facimus, meritosque nouamus ho-  
nores.*

*Horatius.*

Subscribit Horatius 3. Carmin. Ode 8. quia gendum sibi dicit hilariter diem, quo contigerit magno Deorum beneficio, præsenti vite periculo liberari.

*Veneram dulces epulas, & album  
Libero caprum prope funeratus  
Arboris ictu.*

*Hic dies anno redemptie festus, &c.*

Eius

Eiusmodi itaque dies festos haberi solitos vidimus: nunc quid in festis insit diebus expli-

*In festis quid  
insit.*

cemus; ac tum quidem quomodo Natalitia celebrarentur intelligemus. *Macrobius.* *Macrobi. lib. 1. Sat.*

*cap. 16. Festis insunt sacrificia, epulae, ludi, feriae.* Quamquam qui ferias dicit, festos etiam

intelligat necesse est, quamuis non semper reciprocentur. *Sacra vero celebritas est, vel cum sacrificia Diis offeruntur, vel cum dies Diuinis epulationibus celebrantur.* Quæ omnia in

Natalibus insunt: nam & feriati fuerunt, & sacrificiis, epulis, ludisque celebrati. Atque ut de feriis dicam, feriatos fuisse *Macrobi. docuit:*

superest tamen ut ostendam, qua ratione feriæ agerentur: an iustitium indictum, negotiatio

conquieuerit, opifices ac tabernæ cessarint; serui denique ab operibus vacationem accep-

perint? Monco itaque inter festos dies ac ferias hoc inesse discriminis: quod feriis opus

facere nefas esset; festis autem omnibus non item: ut suo loco dicemus. Nam etsi Cicero

eam, quæ de feriis est legem interpretans, scri-

bit. *Festorum dierum ratio in liberis quietem Festorum*

*habet litium, & iurgiorum: in seruis operum, rum racio.*

& laborum. Locutum eum de festis, quibus adiunctæ sunt feriæ, neminem arbitror dubitare.

Cum igitur feriæ aut priuatæ sint, aut publicæ; *Macrobi.* singulorum dicit esse natales, quamquam eorum causa familia tota cessaret.

Eas autem qui ex usu domesticæ celebritatis obseruaret, neque litem persequi, neque

ius, aut causam dicere, neque negotiari, neque

*Primitarum  
feriarum  
iura.*

vllis se impedire operibus poterat , nisi iis que  
ad Deorum sacra , epulas , ludosq; spectarent.  
Mortales cæteri suum quisque negotium age-  
bant Ita Martial de Natali Restituti lib. 10.

*Martialis.*

*Ottobres auge sentias Kalendas  
Facundia pia Roma Restituti.  
Linguis omnes, & fanete votis  
Natalem colimus : facete lites.*

*Horatius.*

Horatius autem operibus solutos memorat  
seruos.

*--Cras Genium mero  
Curabis, & porco bimestri,  
(um famulis operum soluta.*

*Natales qui-  
dam publicè  
festi.*

Mihi verò dubium non est , quin dies natales  
quidam festi, ac feriai publicè fuerint. Deo-  
rum in primis quorum etiam ortus celebratos  
tradit antiquitas. Nam præter Mineruæ Nata-  
lem, qui in primam Quinquatruum diem in-  
currebat, Martialis in Natali Domitiani, Nata-  
lem Iouis sacrum fuisse sic docet.

*Cæsaris alma dies, & luce sacratior illa,  
Conscia Dictæum, quæ tulit Ida Ionem.*

*Arnobius.*

Et Arnobius lib. 7. cùm formulam , qua Rex  
Sactorum in feriis indicendis vteretur , expli-  
caret, in hunc modum scribit. *Lauatio Denm  
matris est hodie : Jonis epulum cras est : Aescu-  
lapij geritur , celebraturq; vindemia : lecti ster-  
nunt Cereris erit idibus proximus : Telluris Na-  
tal is est : Diy enim ex uteris prodeunt , & ha-  
bent dies latos , quibus eis a scriptum est auram  
vsurpare vitalem. Sed de hoc postea ; nunc de  
Regum Natalibus pauca ; quos in festorum  
nume*

*Regum Na-  
tales festi.*

numero repositos Plato in Alcibiade. i. testatur, cum de Persis loquitur. *Postquam vero natus est primogenitus, qui succedit in regno, primo quidem eum diem omnes, qui sub regno sunt, celebrant: atque ita in posterum quotannis Natalem Regis diem sacris ac festis omnis Asia colit.* Cum vero apud nos quis nascitur, ne vicini quidem, ut ait *Comædus*, sentiunt. Allusit Seneca in Hercule Oethæo, in *Seneca*. choro.

*Sequitur dira lampade Erymnis,  
Quorum populi coluere diem.*

Nempe principium ac regum, quorum natales dies, perindeque Deorum immortalium festi, feriatiique habebantur. Huius rei testimonia passim apud auctores, in quibus frequens Natalium imperatorum mentio; de quibus, & nos suo loco plura dicimus.

CAPUT

C A P V T VI.

*Sacra natalitia quo ritu peracta: libo ne ac m.  
rotantum, an etiam victimam? super ea re di-  
ligens disputatio. Aegyptiorum in sacrificiis  
mos. In natali die cæde ac sanguine veteri  
abstinebant, sacrificiorum prisci ritus.*

*N*atales dies festos ac feriatos esse pronun-  
ciamus, hoc est celebritatem habuisse  
*Genio sacrificatum,* Deorum, Sacrificia, epulas, ludos: de quibus  
pauca sigillatim. Nam sacrificia Genio rerum  
parenti siebant. Ita Tibullus Natalem diem  
eturus ea præfatur, quæ in sacrificiis imperan-  
tur.

Tibullus.

*Sacra Nata-  
lia sine vi-  
tima.*

*Dicamus bona verba, venit Natalis ad ar-*

*Quisque ades lingua vir, mulierq; favi.*

Sed quæ tandem ratio sacrificij? victimam ne, an  
precibus litandum? victimam cædi natalium  
fas non erat. Thure Genius, ac mero, interdum  
libis, floribusque curandus. De thure Tibull.  
lib. 2. Eleg. 2.

Tibullus.

*Ouidius.*

*Vrantur pia thura focis, vrantur odores,*

*Quos tenerè terra diuite mittit Arabs.*

Et lib. 1. Eleg. 7. de thure & libo.

*Huc venias hodie ne tibi dū thuris honori,*

*Liba, & Mossopio dulcis melle feram.*

*Ouid. Am. 1. Eleg. 8.*

*Si tibi deficent poscendi munera cauge,*

*Natalem libo testificare tuum.*

Per

Persius Sat. 2. de Natali Macrini.

Persius.

Funde merum Genio.

De floribus Horat. lib. 2. Epist. 1.

Horatius.

Tellurem porco, Syluanum lacte piabunt:

Floribus, &amp; vino Genium memorem breuis anni.

Pulte fitilla Genio fieri scripsit Plinius lib. 18. Plinius.

*Et hodie, inquit, sacra prisca, atque natalium  
pulte fitilla conficiunt. De ea mentio apud Arnob. lib. 7. Quid fitilla? quid frument? quid Africia? quid Gratilla, catumeum, conspolium, cubula, ex quibus duo quæ prima, sunt pul-  
tum nomina, sed genere, & qualitate diuer-  
sa; series verò quæ sequitur liborum signifi-  
cantias continet; & ipsis etiam non est una,  
eademque formatio. Ägyptiorum hoc, inquit Marcellus, arbitror institutum, quibus erat in more positum, ut precibus & thure solo pla-  
carent Deos; cæde, ac sanguine religiosius abstinerent.*

Recte tu quidem, inquam ego, Marcella, & ex Macrobijs sententia, qui Satur. lib. 1. cap. 7. ita scripsit.

*In hoc Saturni cultu, quem Deorum prin-  
cipem dicitis, ritus videtur, (de victimis lo-  
quitur) ab Ägyptiorum religiosissima gente in  
arcana templorum usque ad Alexandri Ma-  
cedonis occasum defuisse. Post quem tyrannide  
Ptolomæorum oppressi hos quoque Deos in cul-  
tum recipere Alexandrinorum more, a-  
pud quos præcipue colebantur, coacti sunt.*

Sed.

Sed quia numquam fas fuit Ägyptiis, peendi-  
bus aut sanguine, sed precibus & thure solo pia-  
care Deos: ijs autem duobus aduenis (Saturnum,  
& Serapim intelligit) hostie erant in  
more mactanda, fana eorum extra pomærum  
locauerunt, ut & illi sacrificij solemnisibi crimi-  
re colerentur, nec tamen urbana templa pri-  
dum more polluerentur.

*Porphyrius.*

Porphyrius etiam in libro de Sacrificiis idem  
docet.

Tribus de causis Diis, inquit, sacrifican-  
dum est, ut veneremur; ut gratiam referamus;  
ut necessaria ab ipsis petamus, malaque propo-  
lamus. Ad hæc autem impetranda votum an-  
nisi satisfacit, cui addi possunt ex frugib[us]  
munuscula quædam. Animalia vero mala-  
re nefas est, primi enim sacrificatores non ani-  
malia, sed herbas primum, floresq[ue] deinde ar-  
bores sacrificarunt, atque aromata subsum-  
garunt.

*Ara apud  
Grecos in-  
eruente.*

*Cloatius Ter-  
rius.*

Sed apud Græcos etiam non in templi-  
arive omnibus, sed in aliquibus & præcipui  
de causa morem istum seruatum esse reponit:  
Nam Cloatius Verrius Ordinator. lib. II.  
Deli aaram esse dicit, apud quam hostia non  
cædatur; sed tantum solenni Deum prece ve-  
nerentur: quam Pythagoram velut iniuila-  
tam adorasse produnt. Quod certè cum eo  
quod diximus aptè congruit, nam si Genio  
natalibus hominum præfecto hostia non ex-  
ditur, neque Apollini cædi debet, hoc  
est genitori. Ac nunc quidem mysterium illud

caries,

gicies, cur cùm in Delon venit Aeneas nullam  
maestauit hostiam, nisi cùm proficisci eretur, Apollini, & Neptuno res diuina facta est diuersa in ara. Si quidem tēplum ingressus Aeneas Pontifex nullo peracto sacrificio statim inchoat preces.

Virgilius.


*Da propriā Tymbræ domū, da mania fessis.*

*Et genus, & mansuram urbem.*

Vbi, & in eo quod petit, & quo nomine petit, proprietatem seruatam admireris. Nam genitorem Apollinem iure patrem appellat, & à genitore ac patre genus, hoc est posteritatem petit.

Acutè, inquit Marcellus, vides: nam, & Cato de liberato. De liberis educand. aræ mentionem fecit *educ.* Apollinis verbis: *Nurrix hæc omnia faciebat in verbenis ac rubis, sine hostiis, ut Deli ad Apollinis genitui aram.* Huc etiam spectant illa B. Cy- B. Cyrus. rilli lib. 9. In Iulian. *Widere autem licet ex al-*  
*tari, quod adhuc apud Delon est, apud quod ad-*  
*huc quia nullum animal offertur, priorum voca-*  
*tum est altare.* Clemens præterea Alexand. Stromat. lib. 7. eiusdem aræ sic meminit. Sed antiquissimam quidem aram in Delo sanctam vulgo iactarunt. ad hanc autem solam dicunt siam accessisse Pythagoram, cæde & morte minime inquinatam. Hic vero, ut ab esu abstinebat animalium, ita nec Deo cruentas offerebat hostias. Sed quid est causæ, cur eo die victimæ non cedantur? Varro, inquam ego, in eo libro cui titulus est, Articulus, siue de numeris, vi- M. Varro. sis est mihi è re natam rationem hujusce rei,

quam quærimus, attulisse. *Id moris, institutio  
maiores nostri tenuerunt, ut cum die natali ma-  
nus annale Genio soluerent, manum a cede,  
sanguine abstinerent, ne die qua ipsi lucem ac-  
cepissent, alijs demerent.*



## CAPUT VII.

*Natali die gladiatores minimè dati priori-  
culo; posteriori verò multa etiam paria: quod  
à Claudio vetitum: & ne supplicia de nocen-  
tibus sumpta. Damnati de cruce depositi, si-  
luti vincit.*

**A** Deo dies hosce pollui sanguine veteri-  
censuerunt, ut ne munera quidem id est  
gladiatores in his dare soliti sint, nisi forten-  
dibus pugnatores, non ferro. Ouid. 3. Fast. de  
Quinquatrum festis diebus,

*Sanguine prima vacat: nec fas cōcurrere fer-  
caussa, quod est illa nata Minervia die.  
Altera, tresq; super rasa celebrantur arena;  
Enib; exeris bellica lata dea est,*

**Dio Cass.** Dio in Antonino Caracalla: inter alia feritatis  
eius indicia hoc numerat, quod ne natali qui-  
dem suo à cædibus temperasset. Antonius an-  
tequam excederet ex Macedonia, ludos gla-  
diatorios fecit suo natali die: nam ne illo quidam  
abstinuit à cædibus.

**Gladiatores  
dati.** Titus etiam in fratrib; Vespaſianique patris  
Natali, duorum millium quingentorum soc-

etaculum dedit, ut scribit Iosephus Antiquit. Judaic.lib.7.cap.20. Cæsari autem maritimam Cesaream reuerso, vincetus Simon oblatus est: & illum quidem triñpho, quem Romæ aëturus erat, seruari iussit. Ibi autem moratus fratri sui natalem diem clarissimè celebrat, multam partem damnatorum, ejus honori attribuens. Numerus enim eorum qui cum bestiis depugnauerunt, quiq; ignibus cremati sunt, & inter se digladiates periere, duo millia quingentos excessit. Proximè autem in Natali patris idem fecisse narratur. Postea Cæsar Berytum venit (hæc autem est ciuitas Phœnices prouinciae, colonia Ro- Titus in Na- manorum,) & in hac quoque diutius demoratus tali patris. est maiori usus claritus: ne circa natalem patris diem, tam magnificencia spectaculorum, quam sumptibus aliis excogitatis: cum etiam captiuorum multitudo, eodem quo antea modo periret.

Quin etiam cum eo væsania Principum processisset, ut gladiatorum cædibus natalitia polluerent, & innumera quoque paria pro salute sua (nempe iij victimæ Saturni) populo exhiberent, Claudio imperator rem fædam, Claudio da- ac piaculum arbitratus, qua die sibi à Dijs vitæ productionem, atque salutis comprecarentur, ea mortalibus alijs vitam, & salutem adimere: Natalis urbis edixit (narrate Dione) prætoribus gladiatoriis sine victima, ludos ne præberet: aut si quis alius eos vbiq; locorum daret, ne suscepitos eos factosve pro salute sua vel scriberet, vel etiam diceret.

Palilibus autem, qui dies urbi Natalis erat, nulla victima cæsa. Plutarchus in Romulo. Ab

Gladiatores  
dati.

Iosephus.

initio autem nihil animatum ad sacrificia adhibebant. Existimabant dieum ipsum patrie origine consecratum, purum, & sine sanguine suari oportere. Et certè tanta in hoc religio, vi-

**Philo Iudeus.** ne supplicium de nocenti sumi liceret. Philo Iudeus contra Flaccum. Bonis, & redē non insolenter administrantibus rem publicam presidi-  
bus mos est in neminem damnatum animaduer-  
tere, donec solemnes celebritates natalitiaeque

**Augustorum festa pratereant;** at ille per eis  
ipsoſ dies iniustis pœnis affligebat homines inno-  
ceros. Et non multò post depositos è patibulis  
noxios, & cognatos ad sepulturam ex more  
reddicos scribit, per eosdem dies. At qui non  
depositi pati-  
bulis noxijs.

quondam iam crucifixos, instanti tali festo de  
cruce depositos, & ad sepulturam ex more co-  
gnatis redditos: quandoquidem decebat vel al-  
maruos redire aliquod fructum ex Imperatoris  
natalibus, simulque celebritati suum sacram  
honorem seruari. At iste non mortuos depo-  
ne omnibus, sed vinos crucifigi iubebat. Con-  
cta quam fecit Agrippa Iudeorum Rex, qui

cum Sylam olim amicum sed importunūbe-  
nificiorum exprobratorem teneret in vincu-  
lis, Natali quo solui iussit, & ad coniugium in-  
uitauit. Josephus Antiquit. Iudaic. lib. 10. c. 7.


Soluti vinceti. Tunc frequenter Sylas Regis prouocaret iram,  
Gilli plus indignationi, quam rationi tribuerat,  
non cum remouit à prefectura solammodo, sed  
etiam tradendam vinculis in patriam destina-  
uit. Cumque eius ira longo fuisse tempore miti-  
gata, ut per declaracione in memoria reueca-  
feti, quantas pro eo labores ille periulerat, eius re-  
misit

misi culpam. Die siquidem festino natiuitatis  
sae, dum cuncti quibus imperabat, in magna le-  
titia versarentur, Sylam reuocari iussit, secum  
videlicet comesurum. Sed commune hoc cum  
Kal. Ianuariis, omnibusque festis diebus, quos  
Romani eximios habuere à pœna: prorsus, ut  
ne vincere homines fas dicerent; etiam sol-  
uerent interdum per dies aliquot celebriores.

*ut Kalēde Ia-  
nuariis, cate-  
risq; festis.*

### APPENDIX.

**C**Autum diximus ab Imperatore Claudio, *Votiuū gladiatores pro salute Principum,*  
ne quis pro sua salute gladiatores votiuos  
daret: votos enim interdum legimus. Non  
deerant enim qui (ut sunt prout in assentatio-  
nem Principum homines) sese arenæ pro co-  
rum salute deuouerent. Qua in re Caligulae  
sæuitiam merito Suetonius notat cap. 27. *Votum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiato-  
riam operam promiserat: spectauitq; ferro dimi-  
cantem, nec dimisit nisi victorem, & post multas  
preces:* *Suetonius.*



### CAPUT VIII.

Desacris Natalitiis secundo quæsum, varios in  
his ritus pro temporum varietate seruatos.  
Victima interdum Genio casa. Curare Ge-  
nium, idem quod colere. Di genitales. Juve-  
nali, & Horatio lux.

**E**xcepit Marcellus, & prorsus, inquit, huic sententiae subscritipſillem; & censerem tecum hostiam in Natalitiis nullam cædi, niſi venisse mihi in mētem Horatius, qui multis interdum locis reclamat; cūm porcum, & agnum in Natali cæſum ostendit. Audi tu illum lib. 3. Cat. ad Ælium Lamiam.

**Cras Genium mero.**

**Curabis, & porco bimestri.**

Quæ verba Acron ad sacrificium manifeste refert. Non recipio ferrum, inquam ego, sed retundo. Si tamen ſic poſſum, nam declinare iustum haud facile poſſum. Sed obiciām thoſcutum ſatis firmum, & probum ex officina domestica M. Antonium Delrium cuius, & ingenium, & doctrina mihi valde probatur. Is enim in Senecæ Medeam Actu. 1. sub initium hoc ſe nodo ſic explicat, ut dicat: vias ſenſileſque hostias ab omni sacrificio Genij alienas. Verum aliud eſſe facere Genio, ſeu placare Génium; aliud curare Genium: illud ad ſacrificia, & diuinæ rei curationem perſpicuè pertinere: hoc ad lætitiam, hilaritatemque animi, corporis initiationem, & largioris mēſæ apparatus. Vnde dicti homines geniales, & Genio indulgere: cui Genium defraudare opponitur.

**Curare Genium.**

Ego verò ſic etiam existimo, curare Genium idē eſſe quod colere, quod ſacra ei facere: quod ea procurare, quæ ad eius religionem, cultumque pertinent. Dij enim, & ſacra curātur; & qui in comedis, ornandisque Idolis occupantur,

cura-

*Horatius.*

*M. Antonius  
Delrius.*

210

curationem facere, aut adhibere dicuntur. Ita Cicero in 1. De natura Deorum. *Omnis cultus, & curatio corporis erit eadem abhibenda Deo, quæ adhibetur homini, &c.* Curari à multis Voconium, dixit Plinius 1.lib. Epist. 5. idest, coli & obseruari. Tertullianus etiam in lib. de *Tertullianus,*  
*Ieiunio*, sic loquitur. *Nam & Joel exclamauit, Joel. 2.*  
*Sanctificate ieiunium, & orationem prospiciens*  
*iam ex tuuc & alios Apostolos, & prophetas,*  
*sancituros ieiunium, & prædicaturos officia cu-*  
*rantia Deum.* Arnobius etiā in Deorum cultu  
 curandi verbū agnoscit lib. 7. Sequitur, ut de si-  
 gnis aliquid simulachrisque dicamus: quæ multa  
 arte cōponitis, & religiosa obseruatione curatis.

Iam verò, vt superior locus aliter explice-  
 tur, proximus tamen ex lib. 4. Ode. 11. haud  
 facile solutiatur. In Natali enim Mœcenatis, or-  
 natam argento domum describit, erectam *victima.*  
 aram, & verbenis cinctam, & paratam *victi-* Natali *Casa.*  
 mā, quæ pro incolumitate patroni cædebatur.

*Ridet argento domus iara casus*  
*Vincta verbenis auet immolato*  
*Spargier agno.*

Quare æratum, vt opinor, conuersio muta-  
 tionem effecit in sacris Deorum, ac cæremo-  
 nijs Sacerdotum: non secus atque in ciuium  
 moribus, in legibus, magistratibus, institutis-  
 que reipub. Id etiam caussæ fuit cur Clemens,  
 Tertullianus, & Arnobius in libris aduersus  
 gentes, summæ illos leuitatis insimulent. Nam  
 in Albano antiquitus monte, nulos alios  
 licebat tauros, nisi niueos immolare. *Nonne, Arnobius.*

Cicero.

Plinius.

inquit Arnob. lib. 2. istum morem religionem  
mutatis? atque ut rusulos licet dari Senatus est  
constitutum sanctione? nonne cum Romulo,  
Pompilioque regnatis, percocta plane ac ma-  
dida concremarent Diis exta, Rege sub Tillo  
semicrudia cœpistis, & leniter animata porrice-  
re, prisca obseruatione contempta?

*Floribus, her-  
bis, odoribus  
primum sacri-  
ficatum.*

Nec tamen obscurum est floribus primum  
atque herbis & odoribus, mox libis, atque li-  
quoribus sacrificatum: deinde instigante malo  
Dæmone miseros homines ad brutas nō mo-  
dò, sed ad humanas etiam hostias descendisse.  
Natali etiam vrbis cùm sanguine olim absti-  
nuissent, postea cæsis victimis Capitolium fœ-

*Paulus Oro-  
sius.*

dauere. Colligo ex Paulo Orosio Hist. lib. 7.  
cap. 13. vbi de Philippo Vrbis Natalitia cele-  
brante: Post tertium, inquit, imperij eius an-  
num, millesimus à conditione Romæ anni, im-  
pletus est. Ita ludis magnificis augustissimus om-  
nium preteritorum hic Natalis annus à Chri-  
stiano imperatore celebratus est. Nec dubium  
quidem est, quin Philippus huius tanta devo-  
tionis gratiam, & honorem ad Christum, & ad  
Ecclesiam reportarit: quādo vel ascensum fuisse  
ab eo Capitolium, immolatas qna ex more ho-  
stias, nullus auctor ostendit. Vides in Natali vrbis  
in Capitolium itum, & ex more hostias immo-  
latas? Atque huc forsitan Iuuenalis spectasse vi-  
deatur Satira 2.

*Iuuenalis.*

Moris erat quondam festis seruare diebus,  
Et Natalitium cognatis ponere lardum,  
Accedete nouasi quam dabat hostia carne.

Hoc

# SACRO, ET PROFANO. 41

Hoc est, si pro temporum, sacrorumque ratio-  
ne, victima fieri contingebat. Iam de Diis Na-  
talitiis siue Genitalibus pauca. Non enim Ge-  
nicio solum, sed & Iunoni in Natalitiis factum. <sup>Iuno & Ge-</sup>  
<sup>nus Natali-</sup>  
Genium viri colebant, Iunonem natalem fœ-  
minæ. Hanc autem natalitiam. Deam esse vel  
nomen ipsum argumento est: nam à iuuando  
putat Cicero nominatam: & Lucinam alij di-  
xerunt, quod edendis in lucem foetibus præ-  
esse putaretur. Nec illud alienum ab senten-  
tia nostra, quod eam aëri præesse, aut aëris ele-  
mentum esse, quo uno animantium vita susti-  
netur, censuerunt. Natalem ideo Tibullus no-  
minat. <sup>Tibullus.</sup>

*Natalis Juno sanctos capethuris acernos,  
Quos tibi dat tenera docta puella manu.  
Vbi puellam videoas Iunoni facientem thure,  
libo, ac mero, vti Genic viri paulò post.*

*Annue, purpureaq; veni perlucida palla;  
Ter tibi sit libo, ter Dea casta mero.*

An quia negaret fœminis Genium propitium  
futatum, aut Iunonem viris? minimè verò:  
altius quid subesse putat noster Delrius: fortè  
quia gignendi actum solis viris cum Aristote-  
le in lib. de generatione animal. fœminis so-  
lam perpessionem, & pariendi laborem, cui  
præter Iuno, tribuebant. Sed viris æquè atque  
fœminis Iuno, & Genius natalitij Dij. Seneca  
Epistol. 3. *Singulis & Genium, & Iunonem de-  
derunt. Plin. lib. 1. Nat. Histor. Cum singulos  
ex semetipiss Deos faciant, Genios, Iunonesq;  
adoptant sibi. Et auëtores generatim loquun-* <sup>Seneca.</sup>

*Minutius in Octauio.*  
*Petron. Arbit.*  
*Tibullus.*

tur, tametsi per Genium viri, per Iunonem fœminæ iurarent. Minutius in Octauio. *Eis tutius per Iouis Genium peierare, quam Regis.* Scilicet quia vſitatum illo æuo per imperatoris Genium deierare. Quin & non iurasse, aut etiam peierasse per illum, capitale interdum alicui fuisse, Dio Cassius, & Suetonius prodiderūt. Iurat etiam Quartilla apud Petronium. *Iunonem meam iratam habeam. Quamquam Tibullus per puellæ suæ Genium iurat.*

*Hec tibi Sancta tuae Junonis numina iuræ*

*Quæ sola ante alios est mihi magna Deos.*  
*Sed hoc in puellarum gratiam factum, quod in alio Iuuenalis reprehendit.*

*Seruius.*


*Et per Iunonem Domini iurante magistro.* Decet enim viros Natalis potius Dei méminisse, quam Deæ: licet promiscuè colerentur, eodemq; ritu: nisi quod Genium venerantes frontem tangunt. Seruius in Virg. Aeneid., *Physici dicunt esse cosecratas numinibus singulas corporis partes: ut aurem memoriae.* Hinc illud Eglog. 6. *Cynthius aurem vellit, & admonuit frontem Genio, unde venerantes Deum frontem tangimus.* Denique ut ad reliquum Genij cultum accedam; monco primum Neptuni etiam Natalitij mentionem à Pausania fieri in Lacoñicis. *Non procul à theatro Lacedæmoniorum aedes est Neptuni Natalitij.* Quia ei libertum etiam querendorum cura nonnulla. Sed Iouem etiam Natalitium dicunt, quod ab eo cuncta, non secus, atque à primo fonte nascantur.

*Neptunus.*  
*Natalitius.*

*A T.*

## APPENDIX.

**V**bi de potestate verbi, *Curo*, prætermisere operæ, quæ sequuntur. In sacris etiam litteris eadem interdum huius verbi potestas. 3. Reg. 18. de Helia dicitur, *Quod curabit altare Domini. Nempe ædificando illud pariter atque sacrificando; ut constabit ex proximis.*



## CAPUT IX.

*Genius quis, eius origo ex vetere ac nostra Teologia. Suus urbibus, ædibus, aliisq; locis Genius. Simulacrorum ornatus, ferta, uestes, unguenta. Quæ preces Genio in natali fusæ. Natalis auis quæ.*

**G**enij originem ex Pausania vide, *Marcel-*  
*gle. Is enim Ioutis, & terræ filiū credidit in* *Genij origo.*  
*Achaicis, Agdestim postea dictum ab Agdo la-*  
*pide in Phrigiæ finibus, inauditæ per omnia*  
*valtitatis: qui puerum ex Ioue conceptum mu-*  
*gitibus editis multis, decimo mese, cognomi-*  
*natum edidit materno ab nomine Agdestim.*  
*Ideo Deorum filius Appellatus. Fabulæ: quas*  
*mire ridet Arnobius in §. Ferunt autem ij, qui*  
*theologi dicebantur, nobiscum Genios nasci*  
*bonos, ac malos, qui & hortentur ad bonum,*  
*& ad scelus impellat: idq; & oracula, & aucto-*  
*res docuere præclari. Nam præter Menadrum*  
*Comicū poëtā, Homerus ita cēset; quoties cū*  
*Heroibus Dij collocuti dicuntur aut ad fuisse*  
*pugnantibus, intelligendū Genios illos fuisse,*

NON

*Omnibus fire  
rebus sui Ge-  
nij.* non Deos. Neque verò homines solum, sed plantæ, loca ædificia, mensæ suos credebantur Genios habere custodes. Prudentius optime,

Prudentius. *Quamquam cur Genium Roma mihi: fingi  
unum,*

*Cū portis, Domibus, Thermis, Stabulis soleatis  
Assignare suos Genios, perq; omnia membra,  
Urbis, perq; locos Geniorum millia multa  
Fingere.*

Statius. Statius in Syluis libro 4. mensæ Genium attribuit.

*Castæ Genius, tutelæ mensæ.*

Martialis. Et Martialis libris etiam suum Genium dedit.  
*Victurus Genius debet habere liber.*

Consonat illud ex Ennodio Theoderici Panegyriste: *In casu negotiorum nutabat euentus,  
quando litteris Genius non dabatur. Unus ubi-  
que ingenia mœror oppresserat. Suus etiam se-  
Genij Sena- natui Genius, suus populo Romano, suus exer-  
tus, populi, exercitus. citui, ut nummi ostendunt, quos ego cum hac  
inscriptione vidi.* GENIO SENATVS: GE-  
NIO POPVLI ROMANI: GENIO EXER-  
CITVVM: iis sacra, iis templa dicabant, vt de

Pausanias. Atheniensibus Pausanias tradit in Atticis. Pri-  
mi enim milios Mercurios coluerunt, idem  
Viri Genij qui. bonorum Genio templum dedicarunt. Sed hæc

ex vera Theologia cæci Ethnici ad aniles fa-  
bulas detorserunt. Nam bonorum Angelorum  
singulis hominibus tutelam additam christia-  
na fide docemur. Singulis etiam Ecclesiis, po-  
populis, seu prouinciis suos etiam Deus Angelos,  
a quibus custodiantur attribuit: vt ex plurimis  
facta-

sacrarum litterarum locis colligunt Patres, Clemens Romanus, & Alexandrinus, aliique complures; quorum testimoniis supersedeo.

Genium igitur natali die non solum sacris, & eo ritu quem diximus, sed fertis etiam, vnguentisque curabant, atque ut adesset sacrificiis, faueret, annueretque votis precabantur.

Tibullus lib. 1. Eleg. 2.

Tibullus.

*Huc ades, & centum ludos Geniumq; choreis*

*Concelebra, & multo tempora funde mero.*

*Illiū è nitido stillent vnguenta capillo,*

*Et capite, & collo mollia ferta gerat.*

Et libro 2. Eleg. 2.

*Ipse suos Genius adsit visurius honores,*

*Cui decorent sanctas mollia ferta comas.*

*Illiū paro distillent tempora nardo,*

*Aique satur libro sit, madeatq; mero.*

Sed hoc ex communī ritu, nam circa Deorum

simulacula ea siccant, quæ circa ipsos homines, Ita Arnobius lib. 7. Tiam Dijseris coronis afficiuntur, & floribus. De vnguentis lib. 1. S-

quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex oliu vnguine odoratum, tamquam inesse vis praesens adulabar, affabar. Apuleius lib. 1. Florid.

Vel truncus dolamine effigiates, vel cespes libamine humiliatus, vel lapis vnguine delibatus.

Theophrast. Eiusdem hominis est unctis lapidi- bus, qui in viarum amfractibus, & cōpitiis stant, oleum è lecytho diffundere; deinde cum in genua procubuerit, & adorauerit, also facere. Ideò Clemens Alex. Stromat. lib. 7. lapides pingues appellat. Si autem ipsi omne lignum, &

Deorum si-

mulaea co-  
ronata, & in-  
tunata.

Arnobius.

Apuleius.

Theophrastus.  
Clemens Alex.

om-

*omnem lapidem pinguem, ut dicitur, adorantur.*  
*rudentius. Huc spectat Prudentius lib. 1. contra Symmachum.*

*Saxa inlita ceris.*

*Viderat; vnguētoq; Lares humescere nigrus;*  
*Signa etiam in bello religiosè inuncta, quia in*  
Plinius.  
*his imperatorum gestabātur imagines, qui pro*  
*diis colebantur. Plin.lib.13. cap.3. A quila cer-*  
*tē, ac signa puluerulenta illa, & custodiis hor-*  
*da inunguntur festis diebus.*

*Quin & lauri etiam imperatorum inunge-*  
*bantur. Tertullianus in lib. de corona militis,*  
*Triumphi laurea foliis struitur vnguentis deli-*  
*buitur à lacrymis coniugum, & matrum fortasse*  
*quorundam & Christianorū, & apud barbaros.*  
*Sed totus hic ritus ex religioso factus est su-*  
*perstitiosus ab æthnicis, qui illum ab Hebreis*

*Philo Judæus didicerunt; à quibus sacra omnia inuncta. Philo.*  
*Vnguenti sa- lib. 3. De vita Mosis. Vt verò instruxit eos sacra-*  
*cri vsus ap d tis vestibus, sumpsit vnguentum suaveolentissimi*  
Hebreos.  
*confectum arte vnguentaria, quo primū subdia-*  
*lia vasa, altare, labrumq; perūxit aspersa septie-*  
*deinde tabernaculum, & sacra vasa singula, ar-*  
*eam, candelabrum, thymiaterium, mensam, cali-*  
*ces, phialas, ceteraque sacrificiis deseruientia. To-*  
*stremò adductum Pontificem inunxit profusorar-*  
*giter in caput eius sacro vnguine. Hactenus Phi-*  
*lo. Et quidem ritus iste adhuc apud nos reli-*  
*giosè seruatur, nam & templa ipsa oleo sacro*  
*delibuta sacrantur, & vasa sacrificiis dedicata,*  
*atque adeo ipsi etiam sacerdotes atque ponti-*  
*fices. Quo de ritu plura infra cap. 20.*

Ex hoc ego more Ezechielem interpreter: *Ezechielem apud quem Deus populi sui perfidiā exponens.* plicatus.

*Et oleum inquit meum, & ihymiam meum posuisti coram eis.* Hoc est vnguētis idola curasti, thus adoleuisti, & quem mihi honorē debebas, illis exhibuisti. ita sequitur. *Oleū, & mel quibus enirūni te, posuisti in conspectu eorum, in odorem suavitatis.* Olei autem nomine vnguentum accipitur, qui, ut cōstat Exod. 30. ex myrrha, cinnamomo, calamo odorato, & cassia fiebat, oleo mistis. *Quamquam & oleum purum Dijs olim oblatum,* & ad sacrificia adhibitum ex Virg.

constat Eglog. 5. & Aeneid. 6. Videntur autem illi hunc ipsum morem ex religione Iacob in superstitionem illam impiam convertisse. Nā, ut scribit B. Augustin. lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 18. *Non more idolatria lapide perfudit oleo Iacob, velut faciens illum Deum: neq; enim adorauit eundem lapidem, vel ei sacrificauit;* sed quoniam Christi nōmē à Christmate est, id est ab uincione.

Quidquid eo die peteretur à Genio multo videlicet hilarato mero, facile se impetraturos arbitrabantur; ideoque ut annueret, precabantur. Tibull. lib. 2. Eleg. 2.

*Annuat, & Cherinte tibi quodcunq; rogas;* Tibulus. *Preces, que Genio sunt rentur.*

*En age; quid cessas? annuit ille, roga.*

Et lib. 4. ad Iunonem Natalitiam.

*Annuue, purpureaque veni perlucida palla.* Sed posteritatē maximē, & longioris æui spatium à Dijs Natalitijs postulare solebat. Tibulus Messalæ ottum celebrans.

*Posterioritas et  
vite datur  
nitas postula  
lata.*

At

*At tibi succrescat proles, que facta parentu  
 Augeat? & circa stet veneranda senem,  
 Huc veniat Natalis avis, prolemque min-  
 stret,*

*Ludat & ante tuos turba nouella pedes.*

*Natalis avis.* Natalis autem avis est cornix (ne quisquam Iunoniam alitem suspicetas) quam concordis symbolum veteres in nuptijs inuocabam, vi cohæreat cum altero versu (quod vidit lynceus ille oculus Scaligeri.)

*Vota cadut. Vina strepitib[us] aduolet aliis,*

*Flauisque coniugio vincula portet amor.*

*Martialis.* Martialis Kalendis Martijs, quas sibi Natales celebrat, ter nouenos addi precatur annos.

*His vos, si tamen expedii roganti*

*Annos addite ter precor noneros.*

*Tibullus.* Tibullus præterea in Natali Messalæ Elegia, libro 1. Sic.

*At tu Natalis multos celebrande per annu-*

*Candidior semper, candidiorque veni.*

Sed ut definiam, solemnum verborum, ac precum, sacrorum etiam rationem Ouidius libro 3. Tristium. Elegia. 13. in Natalem suum complectitur.

*Ecce superuacuus (quid enim fui ut ile nasci)*

*A d sua Natalis tempora noster adiecit.*

*Dure quid ad miserios veniebas exulis annos?*

*Debueras illis impesuisse modum.*

*Scilicet expectas solitum tibi moris honorem?*

*Pendeat ex humeris uestis ut alba mei*

*Fumida cingatur florentibus ara coronis,*

*Micaque solemni tauris in igni sonet?*

*Conci*

*Libat, dem pro te genitale notantia tempus,  
Concipiamq; bonas, ore fauente preces?  
Non ita sum positus, nec sunt ea tempora nobis,  
Aduentu possim letus ut esse tuo.*

*Funeris ara mihi ferali cincta cupressu  
Conuenit, & structis flamma parata rogis.  
Nec dare thura libet nil exorantia Diuos,  
In tantis subeunt nec bona verba malis.  
Sitamen est aliquid nobis hac luce petendū,  
In loca ne redeas amplius ista precor.*

## C A P V T X.

Ornatus ædium in die natali exquisitus: idem  
qui in festis, & letitia publica: rami, & lu-  
cerne, amici, & famuli in eo elegantius culti,  
auro imperatorum.

**N**ON Genius modo, sed etiam ædes lætitiae Cultus ædium  
in natali.  
Argumento curatæ diligentius, & ornatae,  
cum ad sacrificia, cum ad conuiuia celebranda:  
adhibita mundicies exquisita, coronæ, lucernæ.  
De suo sæculo Plautus in Pseudolo Act. i. Sce. 2.

Tibi hac præcipio, ut nitant ædes:

*Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito, tu  
extruito:* Plautus,

*Hac cum ego à foro reuertor, facite, ut offendam parata,*

*Versa, præsterga, strata, lautaq;, cocta q; omnia uti sint.*

*Nam mihi hodie Natalis dies est.*

## 50 DE DIE NATALI

B. August. Nec est ille cultus apud B. Augustinum vlla in  
Orat. 1. de parte dissimilis. Considerate quando aliquis homo potens, aut nobilis Natalem suum, ani filij celebrare desiderat; quanto studio, ante plures dies, quidquid in domo sua sordium innuenem, ordinet emundari, quidquid inepium, & incongruum projici: quidquid visile & necessarium precipit exhiberi. Domus etia si obscura fuerit dealbatur: pavimenta scopis mundantur, & diversa res persa floribus adornantur: quidquid etiam ad letitiam animi, & corporis delicias pertinet, omni sollicitudine prouidetur. De festo lucernarum ornatu Horatius lib. 4. Od. 11. De Natali Mæcenatis.

Horatius ex- Rides argento domus, &c.  
plicatus. Cuncta festinat manus, huc & illuc  
Cursitant mistæ pueris puella:  
Sordidum flamme trepidant rotantes  
Vertice fumum.

Iuvenalis. Quamquam & de igne possit intelligi ad sacrificia comparato. De ramis ad ianuas Iuuen. Sat. 9.

Coronata Tollis enim & libris actorum spargere gaudia  
fores. Argumenta viri: foribus suspende coronas.  
Iam pater es.

Vtrumq; Persius Satyra 5. De Natali Herodis.

*At cum*  
Herodis venere dies, unctaq; fenestra  
Dispositæ pingue nubilam vomere lucem;  
Portantes violas.

Ornabantur autem ædes, quia in his sacra Genio siebant, & coniuicio excipiebant amici.

De

Deprimatorum Natalibus loquor, in quibus *Natali suo priuatum* in suis quisque ædibus, & excitabat *priuatum quis aram ē cespite, & sacrificabat, & conuiuia celebrabat.* *nam in Natalibus principum, aut etiam securis si principibus, scio in Capitolium item, & epulum ex cipū, aut ur-*  
*publico datum. Ita Horatius vbi de ornatu do-*  
*minus egit, proximè subdit.*

*Horatius.**Ara castis*

*Vincta verbenis auet' immolato  
Spargier agno.*

Et libro i. Carminum. Ode 19.


*Hic viuum mihi cespitem,  
Verbenas pueri ponite.*

Apud Plantū verò nitor ædium, & cætera imperantur, quia magnificè volebat ille summos viros accipere. Nec domus solum, sed amici, & famuli diligentius atque elegantius ornabantur. D. Ambrosius (sive ut alij volūt Maximus)

*Amici, & famili ornati.**B. Ambrosius.*

m Ser. 14. de Natali Domini. *Lætitia quanta fu, quaniusque concursus cum imperatoris mundi istius natalis celebrandus est, bene nostis. Quemadmodum duces eius, Principes, omnes etiam militantes accurrit scricis uestibus,*

*accincti operosis cingulis, auro fulgenti pretiosis, ambiant solito nitidius in conspectu regis incedere.*



## CAPYT XI.

*De epulis natalitiis, lautiores olim diebus festis. Datae etiam post mortem in singulos annos, ex priuato censu; interdum ex publico. Lectisternium ante statuas eodem die factū: quarum dedicatio pro natali. Junenes qui in nostris externis litteris.*

Natalitiae  
epule. Cicero. Hodie

**I**am de epulis Natalitiis: Conuiuium enim, atque epulæ datæ. Sed cuiusmodi istæ: earum enim tria sunt genera. Vnum cum peracto sacrificio epulabantur. Crebra huius rei mentio apud auctores eum Græcos, tum etiam Latinos. Quare nihil hic de libationibus, epulisque ludorum attingam: de quibus multa conscripta: nec epulum in triumphis ac funeribus post sacrificia datum commemorabo. Epulones apud Athenienses ludorum epulare sacrificium adornabant. Triumviri, ac septemviri epulonum apud Romanos Ioui epulas, cæterisque Diis peractis sacrificiis, instituebant. Secundum Genus lectisternia: quibus Diis epulæ apponebantur. Tertij generis epulæ sunt natalitiae, quæ tametsi sacrificia conlæquebantur, & cum honore Deorum coniunctæ erant, conuiuij tamen, & voluptatis magis, quam sacrificiorum ratio habebatur, non secus atque in Charistiis, Hilariis, epulisque triumphalibus, auctores passim epulum hoc Cicero natalitiam coenam appellat. i. in Antonium.

Hodie non descendit Antonius. Cur? dat Natalitiam in hortis. Ita Natalitias dapes Martialis. Martialis lib. 7. in Sextum.

*Ad Natalitias dapes vocabar;*

*Esem cùm tibi Sexte non amicus.*

Et certè splendidius eo die quam aliis cœnatum. Scribit enim Vopiscus in Tacito, eum fassanam auem; nisi suo, & suorum Natali, & In Natali diebus, ut ait, festiuissimis posuisse. In Natali principis epulum ex publico datum. Dio lib.

54. *Natalem Augusti Julius Antonij filius tunc prætor celebravit Circensibus, & venatione: senatum etiam, & ipsum Augustum ex decreto patrum epulo exceptus in Capuolio.*

Quod etiam seruatum post mortem illius, <sup>Datum etiā</sup> ut ex Dione, aliisque colligitur. Quibus epulis innupti inter alios, innuptæq; nisi ex priuilegio senatus interesse non poterant. Dio lib.

54. Ob hæc, & alia eius facta, eum collata ad id pecunia statuis honorauerunt, permiseruntq; id quod antea nequaquam licebat, ut Natalitis Augusti, innupti, innuptæq; inter alios spectare; epulisque interesse possent. Quin & priuati etiam homines natalem suum post mortem celebrati iusserunt, & in eam rem annuos redditus testamento hæredibus reliquerunt. Ciceron 2. de finibus. Quæro quid sit cur tam accurate, tamque diligenter caneat, & sanctiat, ut Amynomachus, & Timocrates hæredes sui (de Epicuro loquitur) de Hermachi sententia, dent quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis, mense Gamelione. Marcellus iure- Marcell. 99.

consultus in Pandectis Rubrica de Annu. legat. & fide com. scribit quicndam in diem suum natalem certam pecuniae summam reliquiss, ut eo die lectisternium fieret, rosa ponerentur in arca, sive in busto; epulum daretur. Lectisternium autem erat, cum mensa Diis, epulæq; apponebantur. Docet etiam lapis qui Comi.

ITEM PIUS EVTYCHIANVS MARITVS  
EIVSDEM VALERIANÆ SCHOLÆ VE-  
XILLARIORVM LARGITVS EST H. S.  
XXX. N. L. CVIVS SVMMAE REDDITV,  
QVOD ANNIS DIE SS. NATALIS EIVS  
ANTE STATVAM LECTIS. EX H.  
CCL. PONANT. SPOR.T. H. CCL.  
INTER PRÆSENT. SIBI DIVID.  
OLEVM ET PROPIN. PER ROSAM

*Lectisternium* PRÆBEANT.

*autem statuus.* Vbi animaduertas licet lectisternium ante statuam, cuius natalis ageretur factum, & datam pro natalitja cena sportulam: deinde oleum & propinationem. Titus autem Fundilius ob dedicationem statuae in Natali suo sportulam, & epulum, & oleum dedit. Reatinus lapis hac docet.

*Lapis Reati-* TITO FUNDILIO GEMINIO VI. VIR  
*nus.* AVG. MAG. IVV. AVGUSTALES PA-  
TRONO, ET QVINO, PERPETVO, OPTI-  
ME MERITO. HIC ARCA AVGSTA-  
LIVM SE VIVO H. S. XX. DEDIT VI  
EX REDITV EIVS SVMMAE DIE NATALI  
SYO IIII. K. FEBR. PRÆSENTES VESCE-

REN

SACRO, ET PROFANO. 55

RENTVR. ET OB DEDICATIONEM  
STATVÆ DECVRIONIBVS ET SE VIRIS,  
ET IVVENIBVS SPORTVLAS, ET PO-  
PVLO EPVLAM, ET OLEV M EADEM  
DIE DEDIT.

Alias autem in dedicatione statuarum , que  
quasi natalis quidam erat, ludi, cœnæ, epulum  
sportulæ datae , ut statuarum inscriptiones do-  
cent, quas tu facile apud Brissonium videoas lib.  
8.de formulis. Et ante principum statuas liba-  
mina in eorum natalibus posita docet Flau.

*Libatum an-  
te statuas in  
Natali,*

*Flauanus*


*Vopis.*

Vopis. in Tacito. *Diuorum templum fieri ius-  
su, in quo essent statuae principum bonorum, ita  
vi usdem, natalibus suis, & Palilibus, & Kalen-  
ianuariis, & votis libamina ponerentur. Sed  
qui sunt illi Iuuenes, quibus sportulas Titus  
Fundilius dedit? Fortasse milites, sive Augu-  
stales illi factionarij, nam & hac etiam signifi-  
catione iuuenes reperias, ut annotauit Li-  
plius lib. i. Epistolic. cap. i. Familiare etiam  
est nostris litteris Iuuenes pro militibus po-  
nere. Isai. 31. *Et iuuenes eius vestigia serant.**

*Iuuenes qui  
olim dicti.*

Psalm. 77. *Iuuenes corum comedit ignis.*

Sed hoc passim. Quamquam  
alij ad Sacerdotes Au-  
gustales id refe-  
runt.



## CAPUT XII.

*Sportulae olim ad iannas potentiorum tenuioribus datae, deinde etiam potentioribus. Amici, & clientes munera missabant: vestes, cibos, argentum, coronas, etiam libros & carmina. Laticlavia mappa.*

*Sportula  
quid.*

*Martialis.*

*Iuuenialis.*

**S**cio sportulam, inquit Marcellus pauperum subsidio inuentam; nam quos ad reetam coenam vocare potentiores dignabatur, iis sportulas dabant. Hinc sibi, familiæque tenuiores victimum, vestitumque comparabant. Ita Martialis lib. 5. Gargilianum obiurgat, quod cum nihil ad eum sportularum pertineat, nec de suo habeat, unde viuat, viuat tamen.

*Sportula nulla datur; gratis coniuua recipitur.*

*Dic mihi, quid Romæ Gargiliane facis?*

*Vnde tibi togula est, & fuscæ pensio cellæ?*

*Vnde datur quadrans?*

*Cum ratione licet dicas te viuere summa,*

*Quod viuis, nulla cum ratione facis.*

Sed miror cur Seuiris, & Iuuenibus Augustaliis sportulae datæ sint. Ita, inquam, Marcelli: sed æuo priore; nam posteriore prætores etiam atque tribuni sportulam captare, & exposcere coeperunt. Ita Iuuen.

*Jubet à precone vocari*

*Ipsos Troingenas: nam vexant limen, & ipsi*

*Nobiscum. Da prætori, da deinde tribun.*

*Et*

Et lego apud Plinium iuniorem scribentem, ad *Plinius iunior*  
*Traianum*, aliquid simile: *Qui virilem togam*  
*sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum*,  
*vel opes publicum dedicant, solent totam*  
*bulen, atque etiam è plebe non exiguum nume-*  
*rum vocare, binosq; denarios, vel singulos dare.*  
 Non dissimilis apud nos ritus. Sportule quippe  
 ad potentiorum ianuas, pauperibus dantur. Et  
 cum Episcopatus initur, aut eiusmodi quædam  
 munera suscipiuntur, sparguntur populo num-  
 mi. Imperatores etiam obsonia distribuebant  
 liberis tantum, & ingenuis, non seruis. *Cassio-*  
*dorus lib. 12. Epist. 11. Quapropter obsonia populi*  
*distribuenda, ab illa indictione, propitia tibi*  
*diuitiæ concedimus, &c. Munera ista Qui-*  
*ritum sunt: non surripiat locum liberi fortuna ser-*  
*nis.*

Ad rectam itaque cœnari, & ad sportulam  
 in Natalitiis inuitabant, inuitati non impènè  
 cœnabant: nam ipsi etiam munera missitabant.  
 Terentius in *Phormione*: *Porrò autem Geta fe-*  
*rietur alio munere, ubi hora pepererit: porrò au-*  
*tem alio, ubi erit phero natalis dies. Vbi Teren-*  
*tius, Ferire, dixit, ut molestiam, & dolorem*  
*significaret, quo tenuiores præfertim afficiun-*  
*tur, cum sepe munera missitare coguntur. Aua-*  
*ti enim cum lucto inhiarent, sæpius in anno*  
*Natalitia celebrabant. Martialis in *Clytum*,* *Martialis.*  
*lib. 8.*

*Ut poscas Clyte munus, exigesq;*

*Uno nasceris ollies in anno,*

*Et solas puto, trésve, quatinorve,*

DD

*Obsonia distri-  
buta.*

*Cassiodorus.*

*Munera missa*

*Terentius.*

*Martialis.*

*Non nataluias habes Kalendas.  
Quod si ludis adhuc, semelq; nasci  
Uno iam tibi non sat est in annos;  
Natam te Clyte nec semel putabo.*

*Ouidius.**Ouidius.*

*Si tibi deficient poscendi munera cause,  
Natalem lito testificare tuum.*

Sanè quod ad consuetudinem istam missitandorum munerum attinet, trita res, & vulgata. Video enim & in legibus etiam eius rei factam esse mentionem: nam ubi de donationibus inter virum & vxorem decernitur, lex ita habet:

*Lex de muneribus.**Vlpianus.*

*Si vir uxori munus immodicum in Kalendas Martis, aut Natali die dedisset. Vlpianus in l. Interdum. ff. de verbis. significat. disserimen inter donum, munusque constitutum: Munus, ait, donum esse cum causa, ut Natalitium. Hinc Natalitiam Sardonichen Persius dixit. Et Natalitium lardum Iuuenalis Satyr., id est, quam dono Natali die acceperat. Hinc ille merito apud Petronium de seruo queritur, quod vestimenta cubitoria, quae sibi Natali die c. e. is donauerat, perdidisset. Cœnatoria tunctilige, de quibus Martialis:*

*Pugnorum res, ebrieq; noctis  
(œnatoria mitia adnotatio.*

*Cuiusmodi  
munera.*

Sed cuiusmodi tandem ista munera? inquit Marcellus: statane, & certa? Minime vero, inquam ego, Marcellus: nam & bellaria, & vestes, & aues, & obsonia, & vasa, & nummi, multaque id generis; pro voluntate pariter, atque facultate mittentium dari solita accepimus.

*Quam*

Quinquam præcipua quædam erant dierum  
quorundam festorum munera, ut Saturnalio-  
rum cerei, visceratio Latinarum, ac funerum:  
cetera promiscua fuisse reperio. Ferè omnia  
Martialis uno Epigrammate dabit, cuius ini-  
tium supra libauimus.

*Abiū cereus aridi cilenis,*

*Et vani triplex, breuesq; mappæ.*

*Expectent gelidi iocos Decembriſ.*

Saturnalia intellegit, quæ Decembri mente ce-  
lebrabantur. Iocos autem appellat, quoniam  
totos illos Saturnalium dies, & tempus, ut ait  
Macrobius: *Solenq; ter feriatum deputabant col-*  
*loquio liberali: conuinia quoque mutua sibi comi-*  
*tate prabentes. Sed erat in mensa sermo incun-*  
*dus, & ut castitate integer, ita appetibilis ve-* *Nataliis annu-*  
*nusst. De Natalitiis muneribus postea.*

\*Agrippæ tumidus negotiator

ISSA.

Caumi municipes ferat lacernas.

LACERNAS.

Pugnorum reus, ebriaq; noctis

Cænatores.

Canatoria mittat aduocato.

Infamata virum puella vicit.

Cænatores.

Veros Sardonichas, sed ipsa tradat.

Sardonichæ.

Mirator veterum senex auorum

Toreumata.

Donet Phidiaci tareuma cœli;

Venator leporem colonus hædum.

Lepores.

Piscator ferat eorum rapinas.

Hædi.

Si mittit sua quisque, quid Poetam

\*Miserum tibi Restinute credis?

Apud Plautum in Pseudolo, Act. i. Sc. 2, ad scor- *Plautus.*  
ta leno sic loquitur: *Facite hoiae, ut mihi multa*  
*huc ab amatoribus conueniant. Nam uispeniss*

*annus hodie conuenit; cras prostituam vos.*  
*Deinde singulis edicit, quid petere debeant;*  
*frumentum nimicum, vinum, carnem, oleum,*  
*& alia eiusmodi. Cerei autem quid sint, & eo-*  
*rum consuetudo mittendorum obscura non*  
*est. Macrobius, & Arnobius, & ab his compli-*  
*res docuere. Mappae mentionem apud Petru-*  
*nium video, qui cum de Trimulcione loquere-*  
*tur, sic scribit: Pallio enim coccino adrasum in-*  
*cluserat caput, circaq[ue] oneratas ueste cervices la-*  
*ticlauiam immiscerat mappam fimbriis hinc at-*  
*que illinc pendentibus. Lautiores ita etiam apud*  
*nostros accumbunt, mappa ad pectus de collo*  
*suspensa, ne uestes ciborum reliquiis inqui-*  
*nentur. Laticlauiam vero intellige quibusdam*  
*ad similitudinem clavatorum umentorum*  
*fibulis intextam. Martialis.*

*Mappæ.*  
*Arbiter.*

*Laticlauia*  
*mappa.*

*Lampridius.*

*Martialis.*

*Argentum.*

*Lato mappalia clavo.*

*Et alibi:*

*Et lato variata mappa clavo.*

*Missa igitur interdum pura, interdum clauata.*  
*Lampridius in Alexand. Coniuictum neque op-*  
*sum, neque nimis parcum, sed nitoris summi sunt:*  
*ita tamen, ut pura mantilia mitterentur, sepius*  
*cocco clauata, aurata vero nunquam. Martialis*  
*lib. 4. in dissimilatorem Septitianum.*

*Ergo nec argenti sex scrupula, Septitiane,*

*Missa nec à querulo mappa cliente sunt:*  
*Vides etiam argentum missum. Sed Saturna-*  
*libus: vide in Natalitiis. Idem author lib. 7. in*  
*Sextum, causam reddit, cur se ad Natalitiam*  
*non vocasset.*

*Sed*

Sed causam scio: nulla venit à me

Argenti tibi libra postulati:

Nec leuis toga, nec rudes lacernæ.

Erlib. 10. in Crispinum, de toga, & argento. Martinis.

Quando brevis gelida missa est toga tempore

Bruma?

Argenti quando missa est libra?

Sed vide, quæso, quanta in donis profusio, ex vno solùm Iosephi testimonio, qui de muneri-  
bus, quæ Ptolomæus Ægypti Rex in filiorum

Iosephus.

natalibus accipiebat: in hunc modum scribit lib. 12. cap. 4. cùm Hyrcanum eius gratiam ambientem, superasse donis omnes regni p̄oce-  
res, diceret: *Fostra vero, inquit, die ad unum  
quemque Regis amicūm accedens, & ad potentes  
nullos quidem salutauit, famulos autem inter-  
rogauit, quæ dona daturi sunt Regi die natalis fi-  
lii eius illis vero dicentibus, quosdam daturos de-  
cem talenta, atios autem nobiles secundum magni-  
tudinem substantiae sua, contristari se simulauit,  
quasi non valens talēm donationem offerrere: nam  
plus quinque talenta se non habere affirmabat.*

*Quod serui audientes dominica nunciauerunt: quis Quanta in do-  
ganis sunt, sperantes Iosephum Regem offendere, nisi profusio.  
propier munericum pacuare. Instante vero die,  
cateri quidem offerebant talēta non plus viginti,  
qui magnam videbantur offerre munera quanti-  
tatem. Hyrcanus, quos comparauerat pueros cen-  
tum, & virgines totidem, uniuersique dans talen-  
tum portare, obtulit pueros quidem Regi, puellas  
vero Cleopatra Regina, omnibus munericum ma-  
gnificentiam admirantibus, & ipsis Regibus, &  
amicis coram, &c. Haec tenus Iosephus.*

*Libelli etiam missi.* Verum ne singula persequar, hoc tantum dicam, libellos etiam, & carmina doctis viris inter munera. Censorini liber ostendit, quem de die natali inscripsit, quod eum Q. Cerellio pro natalicio munere mitteret. Lucianus etiam *magister* librum, id est, eorum, qui ad longam aetatem peruererunt, natalitij muneris loco Quintilio misit. Atque id se missurum significat supra Martialis in natali Restituti:

*Si minuit sua quisque quid Poetam*

*Missurum ibi Restitute credit?*

*Tibullus.* Scilicet, nisi carmina, quae opus, & opes Poetarum. Tibullus etiam lib. 3. Eleg. i. Nearer libellum mittit Kalendis Martiis, & Musas alloquens, ita canit:

*Per vos authores huius mihi carminis oro,*

*Castalianq; umbram, Pierisq; lacum.*

*Ite domum, culumq; illi donata libellum.*

*Saturnalium lex apud Lu-* Docet etiam lex Saturnalium apud Lucianum in Macrob. 1. cuius illud 13. caput. *Remitto* vicissim dimiti pauper, libellum aliquem vete-rem aut signia ipse scripsit, quod fausti omisisti, & connius accommodauim: quale cumque po-tur; idq; dñus late admodum, hilarisq; vultu ac-cipio, acceptum protinus perlegito. Sed quidni homines lubentes accipiunt, quae Diis etiam

*Carmina Ioui donata placebant? Carmina enim Capitolino dicata.*

*Suetonius.* Ioui dicata Suetonius scribit in Nerone, cap. 1.

*Recitauit & carmina non modo domi, sed in theatro, tanta universorum latitia, ut ob remuntem supplicatio decreta sit, atque pars carmi-num auris literis Ioui Capitolino dicatis.*

Coronę etiam missa ex floribus apud Agyptios, ut scribit Athenaeus lib. 15. cap. 10. Partamis enim Aegyptiorum Rex coronam ex floribus ab Amasia accepit, cum natalem suum celebraret. Narrat praetitus Hellanicus, cum esset priuatus Emaisia, atque vulgarem vitam pegeret, in Aegypto idcirco regnasse, quia coronam ex pulcherrimis floribus composuisse, formaque præstantiss. mis, quam dono misit ad Partamidem Regem Aegypti, cum Natalem suum is celebraret. Quare Ennodius Theoderici Regis Panegyristes, egregie ad eum verba faciens: *Propriis, inquit, maiestas tua oblationem literariam dignetur altaribus: quia ne sensat claritudo operum, aduocanda sunt linguarum exercitia.* Quid egeris, ne vetus asibi vendicet, obliget catena referentium disiplinarum. De muneribus satis: quare si placet, pergamus ad reliqua.

## APPENDIX.

O Stendi natalem diem summa hilaritate, muneribus vltro citroque missis, epulis, tritis apud ladis, festo, ornatu concelebratum: addo apud Sinas. Maphes. Scriptor rerum Indicarum, lib. 6. Hist. hec scribit: *Annum c lunaribus periodis annorum ita conficiunt, ut tertio quoque anno, ad annos*

duodecim unam addant. Principium à Marij mensis nonilunio auspicantur, cum diem publica hilaritate, natalem quisque suum priuata gravitatione concelebrant: munera sibi, & sportulum inuicem mittunt: apparatissimis deinde epulis, noctu praesertim, exquisitissimi interponuntur iudi. Comœdias, ac tragœdias exhibent sumptuosas, vel fabulis in praesens à Poëta conficiis, vel attinibus è vetere historia repetitis. Petoristæ, arena logi, prestigiatores, mimi non desunt; parietes, francesq; viridi fronde, micantibus rosis, & pretioso peristromate vestiuntur, fragrant odoramēis, ac floribus via, accensis funeralibus ac laternis. Arbores, pergulae, fenestrae collucent; neruorum pulsū, tibiarum, vocumq; concentu omnia personant.

*Internate arbores, pergulae, fenestrae collucent;*

*femestre.*

## CAPUT XIII.

De muneribus natalitiis secundo quasitum. Qui darent, qui acciperent. Domini etiam conuensis, & alii dabant: accipiebant omnes, non Magistratus. Lex Cincia; & Iulia de doni ac muneribus.

**D**Esieram ego: at Marcellus, paululum etiam num decesse videtur his rebus, quas exposuisti, quod sit tibi ante explicandum, quam illuc proficiscaris, quod te dicis intendere. Quidnam? inquam. Qui darent, inquit, qui ac ciperent munera. Tum ego, munera iis mitti diximus, qui natalitia celebrarent; quos ego

dedisse pariter munera, nihil dubito. Author  
mihi Plinius Epistol. lib. 4. qui de Iulio Bassō à *Plinius.*

Bithynia repetundarum reo tum redeunte sic  
scribit: *Multis enim, atque etiam Principi dixerat, sola se munuscula duntaxat Natali suo, aut rā, & accepit.*  
*Saturnalibus accepisse, & plerisque misisse.* Nec  
abest ab hac sententia Martialis, cùm Diodo-  
num aspergit, quod tametsi munera largiretur  
ipse non pauca, nulla tamen acciperet. *Martialis.*

*Natali Diodore tuo coniuua Senatus*

*Accubat: & rarus non adhibetur eques.*

*Et tu atricenos largitur sportula nummos,*

*Nemo tamen natum te Diodore putat.*

Hoc est, nemo missis muneribus natalem  
tuum celebrat, cùm tamen tu plurimades. Si-  
milis locutio libr. 8. in Clytum, de quo suprà  
cap. proximo.

*Natum te Clyte, nec semel putabo,*

Si rectas autem coenas, & sportulas dabant,  
vt docuimus: & sportulæ cibos, & nummos  
habent, munera illos satis lauta dedisse, quis  
dubitabit? Lautiores præterea domini conuiuis  
suis voce clara potestatem facere solebant  
descendi quæ vellent, interdum iterata.: id-  
que priusquam gustatione sublata nouum  
mensæ ferculum inferretur. Petronius Arbiter:

*nam Trimalcio eadem omnia lusu inter-  
misso poposcerat, feceratque potestatem clara  
voce, si quis nostrum iherum vellet mulsum su-  
mere; cum subito signum symphonia datur, &  
gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur.*  
Adlusit *Martialis.*

*Mos lautiorū  
in coenis.*

*Arbiter.*

*Nil est miserius, nil gulosius Santra,  
Rectam vocatus cum recurrit ad cœnam,  
Quam tot diebus, noctibusq; captavit,  
Ter poscit apri glandulas, quater lumbum,  
Nec erubescit peierare de turdo.*

*Martialis.* Et est apud eundem lib. 2. in Cæcilianum epigramma perelegans, quo liberiorem etiam fieri potestatem ferendi domum, aut mittendi quæ uinio ferunt, vellent, haud obscurè declarat.

*Quidquid ponitur hinc & inde verris,  
Mammæ suminis, imbricemq; porci,  
Communemq; duobus aitagenam:  
Mullum dimidium, lupumq; totum,  
Mureneq; latus, femurq; pulli,  
Stillantemq; aliva sua paluzibem.  
Hæc cùm condita sint madente mappa,  
Tradunt puero domum ferenda.  
Nos accumbimus ocosâ turbari.  
Ullus si pudor est, repone cœnam.*

Nec obscurum illud eiusdem Poëtæ in hanc sententiam.

*Premia conniuia det sua quisque suo.*

*Lusus talorum sumptu, dominorum sumptu, maximè Imperatorum sumptu, xuo, agitari solitum docet in Octavio Transtitionis. quillus c. 71. vbi scribens ad filiam, inquit: Mihi tibi denarios ducentos quadraginta, quos singulis conniuis dederam, si vellent inter cœnam uitalis, vel par impar ludere. Sed expressit hanc consuetudinem B. Ambrosius: Qui ad coniuium inuitantur, apophoreta secum reportare consuerunt. Apophoreta autem munera sunt, quæ*

*B. Ambrosius.*

*Apophoreta.*

quæ aut conuiuis domini dabant, aut confectis ludis, fautoribus, amicisque editores mittabant, aut etiam in circō, aut in theatro spargebant, quæ à mittendo sunt missilia nominata. Testimonia apud alios multa, sed selecta apud Lipsum in Saturnalibus. Non omittendus tamen Capitolinus, qui scribit: *Donatos à L. Vero Iulius Capitolinus.*  
*cœnam conuiuis suis pueros decoros, qui ministrauerant singulis: donatos etiam structores, & lances singulis, quibusque: donata & vina animalia, vel cicurum, vel ferarum, avium, vel quadrupedum, quorum cibi appositi erant: donatos etiam calices singulis per singulas potiones Murrinos, & Christallinos, Alexandrinos; ac quoties bibitum est, data etiam aurea, atque argentea pocula, & gemmata: &c. data & vasā aurea cum vnguentis ad speciem alabastrorum, data & vehicula, &c. Lampridius in Eligabalo ait, eum *Lampridius.*  
*Donasse conuiuis argentum omne, quod habuit in conuiio, & omnem apparatum poculorum.**

Persarum Reges Natali suo cœnam præbent, & Persis munera mittunt. Herodoṭus lib. 9. & ab eo Athenæus lib. 4. c. 6. *Regiam cœnam mittunt.* *Persarum Reges munera*  
*Rex ipse proponit, que semel tantum singulis annis paratur, eoque die, quo Rex natus est: quæ cœna Persarum quidem idiomate Tycta, at Græce insip, appellatur. Tunc caput solum purgat, Persi, mittit munera. Vultisne autē videre, quanta in dandis muneribus dominorum profusio? Caranus Macedo in nuptiali cœna strigiles saepe aureas, argenteas phialas, bileythos aureas, *Carani Mace donis splendi-* argenteasq; vnguentis plenas, vasa magni pretij *da munera.**

*Possidonius.**Antiochi mu-  
vera.**Imper. dona  
imperant.**Xiphilinus.**B. Ambrosius.*

dedit. Ac præter ea , quæ de cœna Cleopatra ab Athenæo plurimi referunt. Possidonius lib. Histor. 28. scribit, Antiochum Regem in canis, quæ siebant in honorem Daphnes, multa conuiuis apophoreta dedisse; autæas coronas, argentea vasa, seruorum, equorum, camelorum non exiguum copiam. Sed Natali maxime die magnifica dona non solum accepta, sed etiam data, præter corollaria, & apophoreta cuiusce rei innumera apud Dionem, Suetoniumque testimonia. Quanquam eò interdum progressa Principum avaritia, ut Natali suo domum edicto etiam exegerint. De Commodo Xiphilinus: Natali suo die nobis, uxoribusque nostris, liberisque singulis binos aureos, tamquam aliquas primitias imperauit: idque tributum pendere coegit, itemque ex Senatoribus, qui in reliquis ciuitatibus erant, quinque denarios exegit. Ciaconium de ritu conuiuandi, & appendicem Fuluij Vrsini, sed Athenæum præcipue moneo ut legas.

Satis igitur à me probatum relinquitur, mutua fuisse dominorum, & conuiuarum munera, pro facultate, ac dignitate singulorum. Quare definiam, cum B. Ambrosij, siue Maximi locum adiunxero, qui cum in vigilia Natalis Domini de celebritate natalitia Principum loqueretur. Deinde, iuquit, quia in die natalis sufiunt cum largum futurum, ac donaturum plurimum vel ministris suis, vel iis, qui in domo eius obiecti putantur, & viles, tanta prius thesauros eius replere diuinarum varietate festinant, ut in

QUAN

*quantum prorogare valuerit, prorogatio copiosa  
non desit; & ante voluntas donandi deficiat,  
quam substantia largiendi.*

Dixi dedisse omnes munera, & accepisse: Magistratus  
ne natalitia  
quidem mune  
ra accipiunt.  
Plinius.  
nunc Magistratus excipio, qui ne natali qui-  
dem suo, aut Saturnalibus munuscula accipie-  
bant. Plinius libr. 4. Epistol. ad Vrsu[m] de Iulio

Basso, qui repetundarum post redditum à Bithy-  
nia postulabatur ob accepta munera. *In aliis*  
*enim quamvis auditu grauioribus non absolutio-*  
*nem modo, verum etiam laudem merebatur. Hoc*  
*illum alias onerabat, quod homo simplex, & in-*  
*cantus quedam à provincialibus, aut amicis ac-*  
*ceperat: nam fuerat in eadem provincia Questor.*  
*Hac accusatores furtæ, ac rapinas, ipse munera*  
*vocabat. Sed lex munera quoque accipi vetat.*  
*Saturnalitia intelligit, & natalitia, & alia eius-  
modi, quæ propriè munera. Ita paulò post:*  
*Multis enim, atque etiam Principi dixerat, sola*  
*semunuscula duntaxat natali suo, aut Saturnalib[us]*  
*acepisse, & plerisque misisse. Et quidem*  
Bebius Macer Consul designatus censuit Bas-  
sum lege repetundarum teneri. Vide quanta in  
hoc religio. *Quanta certè, inquit Marcellus,*  
nostro ævo licentia. Ad Magistratus quasi ad  
auream, ut aiebat ille, messem ascenditur. Si-  
mulacra Iudicum olim sine manibus, etiam Julius Bassus  
ob accepta mune  
ra natalitia  
repetundarum  
postulatus.  
sine oculis: quia non manus modò, sed oculos  
etiam abstinentes habere debent: nunc oculas  
etiam manus habent, ut est apud Plautum,  
credunt quod vident. Quot sunt, qui plura iu-  
dicens, oculata die quam cæca? Sed hoc facit

vnius aut alter, mira in grauioribus iudiciis abstinentia. Hoc leges, hoc iura decernunt: ve-

*Lex Cincia de donis & muneribus.* tant, puniunt Reges. Liuius: *Quid legem cimicam excitauit de donis & muneribus, nisi quia vectigalis iam, & stipendiaria plebs esse Senatum cœperat.* Ac licet DC. ipsos annos lege de repetundis Resp. caruit impunitate proposita, latius ut solet auaritiae morte serpente, acrioribus

*Leges de repetundis.* vtendum remediis L. Piso Tribun. pleb. existi-

mans, Censorino, & Manilio Confl. primus de repetundis rogationem tulit: deinde Cæcilius idem eodem anno crimen lege lata compescuit. Accessere postea leges aliæ de repetundis Seruilia, Acilia, Cornelia, Iulia: quarum certe capita, quoad intelligere possum, eadem fermè omnia, quod ad criminis rationem, & genera pertineret. Iulia tamen cautum lego, ne dona acciperent Quæstores, aut xenia, quæ nihil sunt aliud, quam ea munuscula, quæ per id tempus, quod diximus, amici inter se officij causa mittebant.

*Lex Iulia de muneribus.*

### C A P V T X I I I I .

*Quid gustatio, & gustatorium, & symphonia in coniunctis? Plinio in Epist. ad Brutium lib. 1. & Ciceroni in Epist. ad Papirium lib. 9. lux.*

**A**bsoluti pensum, Marcelli, & veni ad extremam viam, ac defessus iam labore, arque

atque itinere disputationis meæ , requiescam  
 in tuo sermone, quasi in aliquo peropportuno  
 diuersorio. Atqui , inquit ille , non nimium  
 liberale hospitium meum dices : nam te in  
 viam simul ac perpaululum gustaris , extru-  
 dam , & eiiciam. Sed ini quis fortasse tu do-  
 minus , qui nos ante gustationem decadere  
 cogas. Quid enim est gustatio ? quid gusta-  
 torium ? Quorsum Symphonia ? quæ omnia  
 suprà in Arbitro. Nihil ne me ignorare ius-  
 putas ? nihil inquam inscitiae condonabis ? ni-  
 hil honori remittes ? vindicabo illum ut pote-  
 ro : si nugas egero , imperati tua , suscepti mea  
 sit culpa. Locus , ut opinor , Arbitri de gusta- *Gustatoria.*  
 toriis fuit. Ea puto crateras fuisse ; quibus  
 mulsum initio mensæ dabatur : gustationem *Gustatio.*  
 verò censeo mulsum esse , alicam , & dulcia-  
 riorum aliquid , aut eorum , quæ sub initium  
 mensæ apponuntur , quæque primæ mensæ  
 vocabulo continentur. Quamquam , ut proxi-  
 mè dicemus , ante primam mensam dabatur  
 gustatio. Hoc ex eodem Arbitro elicio , qui de *Arbitri.*  
 Trimalcionis conuiuio sic loquitur: *Allata est*  
*tum gustatio valde lauta: nam iam omnes discu-*  
*buerant. Ceterum in promulsione danda asellus*  
*erat Corynthius cum bisaccio positus, qui habebat*  
*oliuas in altera parte albas , in altera nigras.*  
*Ponticuli etiam ferruminati sustinebant glires*  
*melle, & papauere sparsos. Quibus etiam addita*  
*dicit Syriaca pruna cum granis Punici mali: ex*  
*quibus gustationem constat esse priorem cœ-*  
*næ partem , aut quasi antecennium quoddam,*

*Gustatio quid* quod ipsi conuiuæ de more poscebarunt, antea quam oua inferrentur. Nam postquam ille apud Trimalcionem, poculum poposcit, gustationem videbis allatam. Hispani: *Collacione* para-

*Athenaeus.*

*beuer.* προσίων, Græci appellant. Athenæus lib. 4. cap. 3. de conuiuis Atticis. Cum Dromcas paratus interrogaretur à quodam, ut Hegesander Delphius testatur, nunquid conuiuia quæ in urbe, an quæ in Chalcide fierent, sint meliora. προσίων, respondit, Chalcidiensium multò melius esse eo

*Cœne proœ-* apparatu, qui sit in urbe. Appellauit autem con-

*mium.* uiij προσίων, & multitudinem ostrearum, &

varietatem. Id quod Diphili etiam Poëtæ au-

thoritate confirmat. Et cap. 1. eiusdem libri, in Catani Macedonis conuiuio, ante cœnam, lau-

tissimam gustationem, siue προσίων, siue etiam principium, ut Diphilus appellauit, illatum esse commemorat. Eubulus etiam in Orthanna apud eundem lib. 3. cap. 14. Rostro ratis simili-

ma, & cœne optimum προσίων, imitatur. De hac gustatione Plinium capio, qui Epist. lib. 1. sic scribit ad Brutium: Parat̄ erant lactuce singule,

cochlearē terna, oua bina, alica cum mulso & nine.

*Plinius.* Cicero explic- Videtur etiam ex hac consuetudine Cicero

*catus.* explicari posse lib. 9. Epist. 20. ad Papirium Pe-

tum, quem ita literis affatur: *Habuisses enim non* hospitem, sed contubernalem: *at quem virum non* eum, quem tu es solitus promulside confiscere. *In-* tegram famem ad ouum affero. Itaque ad assūm vitulim opera perducitur. Perinde enim est, ac si diceret: Sortitus es hospitem, non ex eorum numero, quos tu dicis & officij causa receptos lau-

lauta soles gustatione, ac promulside ad satietatem implere, quo minus ad cœnam afferant appetentiæ: sed domesticum, & familiarem, cui nihil sit ad speciem comparadum: facilem, nullum cibi genus respuentem; sed qui nullas ante cœnam cupedias poscat: non illas gustationum lautitias querat: quibus auiditas edendi debilitata languescit. Accedo iejunus ad mensam, nullo cibo gustato, nulla hausta potionem; atque ita quæ prima, quæ media, quæ postrema apponuntur, strenue conficio. Iocatur, ut solet, cum Papirio Cicero: ac morem videtur cauponum exprimere, qui diuersores suos sub initiu mensæ cibis vilissimis obruunt, quo minus cæteris oblectentur, sublato famis optimo condimento. Aſſo autem vitulino æſtivam claudi cœna, vti pomis hybernam Terullianus ostendit. Fauet Athenæus lib. 1. cap.

19. Hinc qui non gustauit cibum omnino, est iejunus. de repletis verò nunquam cibum gustare dicimus, sed quæcumque satietatem significant.

Habes de gustatione; nunc de Symphonia verbum. Saltationibus olim, neruotum, vocumq; cantibus, inter alias mensarum lautitias, conuiuarum voluptati consultum. Symphonia tamen auferendi lances, quæ exonerata iam essent, & primæ signum inferendæ mēſe, ferculorumq; dabatur, gustatione sublata. Nam eo loco, quem dixi, vbi signum symphonia datur, gustatoria pariter à choro cantante rapiuntur. Deinde fūſſit senex suam cuiq; men-

*Cauponum  
mos in cœniis.*

*Postremam  
cœna olim fer-  
culum.*

*Athenæus.*

*Symphonia.  
cuius rei si-  
gnum in  
cœniis.*

*Petronius.*

*sam assignari: ministratum deinde Opimianum  
falernum annorum centum, ceteraq; delitia. Sed  
multo antiquior Symphonia in cōuiuīis; quip-  
pe de Antiocho illustri, hæc scribit Polybius  
lib. Histor. 26. Quod si iuniorum coniuīum a-  
liquid intelligeret, ubicumq; esset, cum sc̄ili, &  
symphonia illuc accedebat, &c. Macedonibus  
idem ritus. Athen. lib. 4. cap. 1. Collegerunt igi-  
tur pueri sportulas, donec in extremo cœnæ rece-  
ptui cantum est, veluti consuetudo inualuit.  
Hunc enim Macedonum morem, qui in nume-  
rosis coniuīarum congressibus obseruatur, tu op-  
time nosti. Quamquam cœnas, etiam lego ad  
tubam, sed alio fine. Athenæus de nuptiis A-  
lexandri lib. 12. cap. 8. Fiebant cœnæ ad tubam;  
tunc quidem ob nuptias, at alias semper, cū  
contingere, vt sacrificaret ita vt totus sciret  
exercitus.*

## CAPVT XV.

*De ludis Natalitiis, circenses, venationes, mu-  
nera natalibus imperatorum data. Ludorum  
nota quibus apposita in fastis.*

*D*E muneribus, epulisque natalitiis fatis  
opinor, diximus. Ludi restant, qui ad na-  
talitiam celebritatem additi. De his ego per-  
Ludi in fastis. pauca breui complectar suus enim locus in Fa-  
stis. Statuo primum ludos festis diebus dari so-  
litos:

litos: sed adeò inter se connexi non sunt, ut sine ludis festi dies haberi non possint: tametsi constet alterum pronuntiatum, ludorum editiones nisi festis diebus non fuisse. Quare si quibusdam natalitiis dati, festos eos fuisse credibile est. Moneo deinde non esse me tam ignarum, ut existimem ludos cum sacris natalitiis necessariò fuisse coniunctos. Etenim qui in re magna non essent, vnde sibi pecuniam in legitimū litorum sumptum, infinitumque corraderent? Dati sunt Natalibus Imperatorum, vel ex publico. vel ex suo. Dio lib. 54. <sup>In Natal. imperatorum.</sup> Natalem Augusti diem, Julius Antonij filius Dio lib. 54. prætor, equestri certamine, & venatione celebrauit: & ex senatus consulo epulum Augusto, & senatoribus in Capitolio dedit. Capitolinus in <sup>Capitolinus.</sup> Pio. Circenses Natali suo dicatos non respuit. Aelius Spartianus in Hadriano. Gladiatorium Aelius Spart. munus per sex dies continuos exhibuit, & mille feras in Natali suo dedit. Optimos quoisque de senatu in conubernium imperatoria maiestatis ascivit: ludos Circenses preter natalitios decretos sibi respuit. Claudius Circenses antuos Natali patris decreuit, ut Suetonius Scribit. cap. 2.

Caligula Drusilla natalitia celebrat: effigiem Ludi Natali eius elephantis in theatrum innexit: equestria <sup>tij post mortē.</sup> certamina, feras, epulum populo, Senatoribus, & eorum uxoribus donum dedit: atque ut hec post mortem eius quotannis fierent decreuit. Decretum, inquit, post mortem, ut natali eius die ludi Megalensium similes fierent,

<sup>dio Cass.</sup>  
epu-

epulūmque & Senatui, & equitibus daretur.  
 Hæc Dio. Sed nunquam desinam, si hac de re  
 auctorum testimonia aucupari velim; quare  
 ad eam tantum veniam, quæ habentur in Fa-  
 stis: cùm hoc addidero: adeò solemne fuisse  
 in Natalibus maximè Principum ludos dari, vt  
 si quando illi in ludos aliæ statos inciderent,  
 aliquid etiam adderetur, ob Natalis honorem.  
 Quare iure Tiberij moderationem Suetonius  
 laudat cap. 26. cùm dicit. *Natalem suum ple-  
 beis incurrentem circensibus, vix unius bige-  
 adiectione honorari passus est.* Memoriae enim  
 Ludorum no- proditum est in Kalend. Romano multorum  
 te in fastis. Principum Natales, in singulos annos, ludis  
 variis celebratos; quos hic ascribere non gra-  
 uabor.

1. Kalen. Ianuarij. Titi Cæsaris Natalitij.

13. Kalen. Ianuarij. Gordiani.

3. Idus Febr. Alexandri Magni.

4. Kal. Febr. Constantini Magni iunioris.

Kalen. Aprilis, Antonini.

Idibus Aprilis, Seueri Cæsaris.

4. Idus Iulij, Cæsaris dictatoris.

Kalen. Augusti, Claudi Imper. Dio.

Pridie Kalen. Septemb. Caj Cæsaris. Dio.

4. Idi. Octob. August.

8. Kal. Octob. H. D. Augusti Natalis. Ludi Circ.

6. Kalen. Nouemb. Hadriani.

18. Kalen. Decemb. Septimiani.

4. Kalen. Decem. Neruæ.

De ludis in Natali vrbis datis diximus cap. 7.

de Natalitiis imperatorum sæpe Sueton. Dio,

alij-

Suetonius.

Ludorum no-  
te in fastis.

aliisque de quibus Ouid. lib. 4. de ponto, de  
Natali Augusti.

*Pontica me tellus, quantis hac possumus ora,*

*Natalem ludis scit celebrare Dei.*

**C**apitolinus in Maximino. **N**atali Geta filij **C**apitolinus.  
minoris Seuerus militares dabat ludos, propositis  
premiis argenteis: *id est, armillis, torquibus &*  
*balteolis.* Quæ certè spectacula, cum ex colla-  
titia pecunia, atque stipe, plerique Principes  
ederent; eorum prædicata liberalitas est, qui ex  
suo, gratis populo darent. **X**iphilinus in Adria- **X**iphilinus.  
no: Præterea spectacula suo Natali die, popu-  
lo gratis dedit: ubi ita magnus numerus bestia-  
rum cæsus est, ut simul leones centum, ac to-  
tidem leænæ confectæ fuerint.

## C A P V T X VI.

Quæ à quibus **N**atalitia celebrata. *A singulis*  
sua, amicorum ab amicis, sui similium à do-  
ctis viris, filiorum à parentibus, & contra, à  
populo Deorum, urbis, Regum, imperij, ma-  
gistratus. **N**atalis celebritas honoris ergo con-  
cessa: ablata ignominie causa.

**D**E natalitia celebritate dixi, quæ memini: **N**atalitia à  
superest ut de his à quibus acta fuerit *singulis* sua  
pauca dicamus. *A singulis* igitur sua in primis *celebrata.*  
res nota: non indiget approbatio-  
nis. Sed moris præterea fuit cum amicorum,  
tum eorum maximè, quos, ob insignes aliquas  
Insignium vi-  
rorum, atque  
amicorum.  
inge

*Horatius.* ingenij notas, præcipuo studio colerent, natales dies celebrare. Tibullus, Horatius, & alij Mœcenatum suorum, atque amicorum natalitia celebrarunt. Sèpè docuimus, & his quidem lib.  
*Natalis Mœcenatis.* 4. Ode. 11. Phyllidem ad epulas, & natalem Mœcenatis agendum inuitat.

*Idus tibi sunt agendæ,*  
*Qui dies mensem Veneris marine*  
*Findit aprilem.*  
*Jure solemnis mihi sanctiorque*  
*Penè natali proprio, quod ex hac*  
*Luce Mœcenas meus affluentis*  
*Computat annos.*

*Virg. Natalem* Silius Italicus Virgilij Natalem religiosissime coluit. De eo Plin. libr. 3. Epistol. ad Caninum Rufum. Plures in ipsam locis villas possidebat; ad amatisq; nonis priores negligebat: multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur. Virgilij ante omnes, cuius Natalem religiosius, quam suum celebrabat. Neapoli maxime, ubi monumentum eius, ut templum adire solebat. Hæc de Silio Plinius: de se vero noster Seneca Epist. 64. Quid n<sup>i</sup> ego magnorum virorum & imagines habeam incitamenta animi, & natales celebrem. De Catone, Lælio, Socrate, Platone, & aliis eiusmodi loquebatur. Parentes etiam natales filiorum egere. Augustinus supra: Quando aliquis homo potens, aut nobilis natalem suum, aut filii sui celebrare disiderat, &c. Proximo autem capite Seuerus in Natali Getæ minoris filij, ludos

*Seneca magna-  
torum viro-  
rum Natal.*

*Filiorum pa-  
rente.*

Iudos dedit, & victoribus præmia: & infra, Cicero Tulliolæ suæ Natalem simul cum Brundusiniis, magno cum splendore peregit.

Titus etiam Vespasiani parentis Natalem diem <sup>Parentum</sup> summo splendore celebravit, itemque fratris: <sup>filij.</sup> hunc Cælareæ, illum Beryti in Phœnicia; tanta sumptum & spectaculorum magnificentia, ut nihil supra. Testimonia ex Iosepho supra landauimus.

Imperator etiam Flau. Domitianus Saluum Cocceanum interfecit, quod Othonis imperatoris patrui sui diem natalem celebraverat. Scilicet, quia inuisus illi fuerat, narrat Suetonius in Domitiano cap. 10. Nam ut honoris ergo natalitia celebritas quibusdam concessa, ita etiam ighominis causa sublata. Illud quia perulgatum satis non indiget probationis, quæ in auctoribus passim. De Natali principum nota res est: Nam de eo Coss. edicebant: quod quia oblii sunt facere de suo, Caligula magistratum abrogavit. Suetonius cap. 26. *Coss. oblitis de Natali suo edicere, abrogavit magistratum; fuitq; per triduum sine summa potestate Resp.* Claudio etiam apud Suetonium cap. 2. & apud Xiphilinum in Heligabalo impensè à senatu petit, ut patris Drusii Natalem célébrarent, cum geniti nepotis silentio, (ut ille ait cap. 12.) ac tantum domestica religione transegisset. Dio lib. 53. de Caio. *Sacrificium perenne Natalibus eius, cum quibusdam aliis decretum est.*

*Natal. celeb-  
ritas hono-  
ris ergo con-  
cessa.*

*De Imperat.  
Natal. Coss.  
edicebant.*

*Dio Coss.*

Hoc

*Ignominia canisse sublata Natalitia.* Hoc doceo ex eodem etiam auctore in *Tiberio* cap. 53. quem narrat Agrippinæ nurus natalem diem suassisse, ut inter nefastos referetur. Sed & perseverantem, inquit, atque illa absumptam criminosissime insectatus est; cum diem quoque natalem eius inter nefastos refrendum suassisset. Domitianus etiam odio Titi fratri, ludos eius natalitios sustulit. Xiphilinus scribit in *Domitiano*.

*Arnobius.* Populus Deorum egit. *Arnob.* in 7. *Lett. sternium Cereris erit idibus proximis; Telluris Natalis est.* Et lib. 1. *Et quos odijs acrioribus conueniebat à vobis carpi, puluinaribus, aris, templis, atque alio mactatis cultu ludorum & celebritate Natalium.* Et iterum. Omitto vetera, quæ multa sunt, & de Deorum natalibus, donis, muneribus. De *urbis* natali supra etiam diximus cap. 6. & *Plutar.* in *Romulo.* *Urbem igitur ad 12. Kalen. Maij* captam edificari, opinione omnium satis constat: eumq[ue] diem festum *Romani agunt, natalem patriæ nuncupantes.*

*Dionysius.* Palilia eo die siebant, si Dionysio credimus, qui lib. 1. de moenium designatione locutus, scribit. *Hunc diem si quem alium Romanacuitas nostro quoque tempore singulis annis maximè festum celebrat.* Parilia vocat, cum in eunte vere, pro partu quadrupedum agricultæ grati, pastoresque faciunt. Fauet *Ouidius.*

*Apta dies legitur, quæ mænia signet aratro Sacra Palis suberant, inde mouetur opus.* *Propertius.* Et Propertius lib. 4.

*Vrbis festus erat, dixere Palilia patres,*

*Hic primus cœpit mænibus esse dies.*

Idem confirmat Eusebius in Chromico, & Suetonius in Caligula. Sed Plutarchus aliter: pridie Paliliorum Natalem urbis apponit in Romulo. De sacrorum in eo die ritu diximus cap. 7. nec vacat mysterio, quod auctores varijs tradunt: quippe mos erat Romanis eo die de more lustratis, ignem feno, stipulisque conceptum terno saltu trajicere; ut scribit Ouidius. *Ouidius.*  
Fastorum.

*Certe ego transili positas ter in ordine flâmis.*

Et Tibullus libr. 2. Elegia. 7.

*Ille leuis stipulae solemnis potus acerbos*

*Accendet, flamas transilietque sacras.*

Ac licet eius facti causas Ouidius Fastorum 7. *Ouidius.*  
numeret, illa mihi valde placet, quam Diony-  
sius indicat: quæque in eam, quam supra de  
Sacrorum ritu diximus, recidit. Enim verò pu-  
ras eo die manus seruari, neque pollui sangu-  
nefas erat. Funestis verò interdictum, sacris  
operari: nisi prius ignem, lustrati aqua trajice-  
rent. Quod genus expiationis, ut est apud Bu-  
dæum in Pandect. lib. 1. Suffitionem illi ap-  
pellabant. Quare post fraternum prælium atq;  
cædem, iussum à Romulo administrationem  
auspicaturo, Populū piaculi causa eo die, quo  
initia urbia iacta sunt, salire per flamas. Ego  
verò in hoc ritu id inesse puto mysterij: ut vi-  
derentur aquæ cōspersione, ignis que traiectu,  
illa duo, quibus hominum vita sustinetur: eo  
die, quo ipsi vitâ quodam modo, via cum ini-

*cur id factum  
Palilibus.*

## 32 SACRO, ET PROFANO.

tijs urbis cœpissent, ex conditoris instituto re-  
 petere. De imperij natali Suetonius in Caligu-  
 talis in urbe. *Decretum autem, ut dies quo cœpisset impe-  
 riū, Palilia vocarentur, velut argumentum  
 rursus conditæ urbis. Spartanus in Hadriano.  
 Tertio iduum earundem Natalem imperij sta-  
 tuit celebrandum. Cornel. Tacit. lib. 2. Hist. de  
 Imperio Augusti. Is primus principatus dies im-  
 posterum celebratus. Julius Capitolinus in Pe-  
 tinace: Circenses, & imperij Natalis additi, quæ  
 à Senecto postea sublati sunt.  
 Suetonius in Vespasiano cap. 6. Tiberius Al-  
 exander Praefectus Aegypti, primus in verba  
 Vespasiani legiones adegit, Kal. Jul. qui prin-  
 cipatus dies in posterum obseruatus est. Cele-  
 bris itaque Natalis imperij non intra urbem  
 modo, sed etiam in prouincijs: id quod saepe  
 Plinius Junior docet Epist. lib. 10. ad Trai-  
 num: qua die iusurandum non modo à ciui-  
 bus, sed etiam à prouincialibus præstitum;  
 nempe de retinendo imperatore, & fide ser-  
 uanda. Plinius Traiano. *Diem domine quo ser-  
 uasti imperium, dum suscipes, quanta merita  
 letitia celebrauit, precati Deos, ut genera  
 humana, cuius tutela, & securitas salutis tua  
 inuisa est, incolumem florentemque presta-  
 rent. Præimus, & commilitonibus iusuran-  
 dum more solemni præstantibus, & prouincia-  
 libus, qui eadem certarunt pietate iurantibus.*  
 Et alienæ etiā interdum religionis homines  
 ad profanas istas celebritates edicto cogebant.*

Provinciales  
 edicto cog-  
 ebantur imp.

Ma

Machab.lib.2 cap.6.ex edicto Regis Antiochi,

Hebrei Ducebantur cum amare necessitate in die Natalis regis ad sacrificia. Quæ in ipso Die templo Ierosolymis celebrabantur.

Olim enim non eum solum diem natalem habebant quo in lucem orbis, sed etiam vrbis aque reip. exhibant: id est, cum honores & magistratus in rep. accipiebant. Cicero post reditum ad Quirites. *A parentibus, id quod necesse erat, parvus sū procreatus, a vobis natus sū cōsularis.* Apud Hispanos frequens locutio. *Hæc nacio Rey. &c.* Cotta in Orat.apud Sallust. bis se genitum dicit, quod imperitum adeptus esset.

Prouinciales  
editio cogebā  
tur imp. Na-  
tal. celebrare  
Machab. 2.  
Natalis ma-  
gistratus.  
cicero.

## CAPUT XVII.

Locorum præterea natales dies celebrati, ac rerum, ut Mundi, Templorum, Reditus, Nauigiorum, Statuarum, Victoriae. In quibus solemnies interdum epule, & munera, & quidam in annos singulos.

**O**Mnes præterea Italiæ vrbes diem quo ad se venisset Octavius Augustus, (vt erat carissimus omnibus) initium anni fecerunt: ac perinde vt primum Kalen. diem celebrabant. *Natalis reditus.* *Suetonius.* *Quædam Italiae oinitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt.* Idem vero qui supra Cicero ab exilio reuertens,

*Cicero.*

diem sui redditus Natalem appellat lib. 3. ad Attic. ad quæ recuperanda, per fortunas incumbet, ut facis diemque Natalem redditus mei, cura ut in iuis adibit amoenissimis agam tecum, & cum meis. Augustus etiam sui redditus ex Athenis diem, perinde atque Natalem, anniversaria celebritate coli passus est. Dio lib. 54. ob redditum eius ac propter ea, quæ absens egisse, multa ac varia in honorem eius decreta sunt: quorum ille nihil accepit, nisi quod Fortuna Reduci aram consagrari, diemque sui redditus interferias referri. Augustalia dici passus est. De his illud etiam eiusdem, sub huius quoque libri fine, accipio. Augustalia etiam, quæ hodie celebrantur, tum primum ex Senatus consulto acta sunt. Quod etiam decretum scribit in perpetuum lib. 56. idque negotij datum Tribunis, qui ea tamquam sacrificurarent.

*Locorum  
Natales.*

Locorum præterea Natales dies celebratos reperio, atque etiam rerum. Quid enim aliud sunt Templorum, Statuarumque dedications, in annos singulos celebratae, nisi Natales earum; quos ita vocatos facile ostendam. Mercurij templum Majis idibus dedicatum est:

*Natalis Mercurij* is dies Natalis Mercurij dicitur Martiali lib. 11. curij, adest tempis. Epigram. 68.

*Epig. 68.*

*Maius Mercurium creastis idu.*  
Turnebus de templi dedicatione hoc accipit. Faust Fest. lib. 9. in Littera. 1. Maiis idibus mercatorum dies festus erat; quod eo die Mercurij ades esset dedicata. Quamquam potuit esse dies eadem & Nercurij Natalis, & templi quod

quod etiam obseruatim aliás video. Natalis enim Claudijs & ædis Martis idem. Dion. lib. Dio cass.

60. Quæ enim equestria certamina Kalen. Aug. (qui Natalis est Claudijs) exhiberentur, instituta sunt, propterea quod ea die ædes Martis consecrata fuit. Natalis etiā Herodis apud Hebræos

idem, qui & templi ab eo cōstructi. Iosephi. lib. Flavius. Iosephus.

15. Cap. vlt. in fine. Nam cūm occurrisset templi dedicatio, Regisque Natalitius dies, quo principatum assumpferat, insignis est celebrata festinitas. Cicero lib. 4. ad Attic. Epist. i. Nat

alem salutis dicit, quo die templum saluti fuerat dedicatum. Brundusium veni Non. Sept. ibi

mibi, Tulliola mea fuit præsto Natali suo, ipso die, qui casu idem Natalis erat Brundusinae Co

Natalis Brundi-  
tus templi de-  
dicatio.

loniae, & tue vicina Salutis: quæres animadverfa à multitudine summa Brundusinorum

gratulatione celebrata est. Eodē enim die Brundusina colonia deducta fuerat, & salutis ædes in Quirinali colle dedicata, quam ideo vocat

Attici vicinam, quod in eodem colle habitabat. Scribit hoc P. Victor in lib. de regionibus

vrbis Romæ, & Nopos in Attici vita. Publius ri-  
ctor.

Vides templorum dedicationes celebratas? accipe statuarum; & quidem solenni epulo, & muneribus: supra cap. 9. ex lapide Reat. Et ob dedicationem statuae decurionibus, & Seniris, & iuuenibus sportulas, & populum, & oleum eadē die dedit. Et in alio lapide, apud Manut: ET. IN. DEDICATIONE. STATVÆ COLONIS. CENAM. DEDIT. Nec ita volo accipias tantum

de die primo dedicationis: de aniuersario agitur, quem ex testamento iubet Fundilius celebrari. Perusij extat inscriptio statuae Antonio positæ, quæ hoc de Egnatio Festo elogium continet. *Cum ei plebs urbana ludos publicos edenti ad statuam ponendam pecuniam obtrulisset: is honore contentus impensam remisit, & imperata venia ab ordine Perusinorum, Optimo, Maximoque Princeps de sua pecunia posuit, cuius ob dedicationem dari iussit ab herede suo decurionibus sing. HS IIII. N. plebi HS. II. N. L. D. D. D. Adiicio lapidem qui Rauennæ descriptum à Volaterrano lib. I 6. &c à Blondo lib. 2. de Roma triumphante, in quo dedicationem ædis Neptuni similiter videoas celebrati.*

D. M.

FLAVIAE. Q. F. SALVT. CONIVGI CARISSIMÆ L. PVBLICIVS ITALICVS DEC. ORN. ET SIBI V. POSVIT. HIC COLL. FABR. M. R. HS. XXX. VLV. DED. EXQVO REDDITV. QVOT ANNIS DEC. COLL. FABR. M. R. IN AEDENEP. QVAM IPSE EXTRUXIT DIE NEPTVNALIORVM PRAESENTIBVS SPOR. ▷ I <. BINI DIVIDERENTVR.

*sacra ludi, epulae in dedicatur, templorū.* Solenne autem in dedicatione templorum sacra, ludos, epulas dare: quod sæpe Dio, sæpe alij docent. In dedicatione Gymnasij oleum à Nerone datum ex Dione Xiphilinus, & Suetonius tradunt. Ille enim in Nerone Gymnasium, inquit, eo anno dedicatum à Nerone, præbitumque oleum equiti ac senatu Grava fa-

*Xiphilinus*

clit.

tilitate. Suetonius autem cap. 12. *Instituit suetonius.*  
quinquennale certamen primus omnium Ro-  
memore Græco triplex, musicum, gymnicum,  
equestre, quod appellavit *Neronia*: dedicatis  
que thermis atque gymnasio, senatus quoque &  
equiti oleum præbuit.

Tiberius Templum Liuiæ dedicauit, & ob  
dedicationem senatum ipse in Capitolio, ma-  
tronas Liuiæ seorsim epulo exceptit. Narrat.  
Dio lib. 55.

Ludorum dedicationis theatri Pompeiani *Ludi in dedi-*  
Suetonius meminit in Claud. cap. 21. Octa-*cationibus.*  
uius Augustus Martelli theatrum cum ludis  
dedicauit. Sueton. in Octauio cap. 43. Et Dio  
Cass. lib. 54. Titus etiam in Amphitheatri de-  
dicatione munus edidit. Sueton. cap. 7. *Am-*  
*phitheatro dedicato, thermisq; iuxta celeriter*  
*extructis, munus edidit apparatissimum largi-*  
*ssimumq;. Dedit & nauale prælum &c.* Et in  
Vespas. cap. 19. *Ludis per quos scena Marcelli-*  
*ani theatri restituta deditabatur.*

Mundi etiam Natalis, & nauigiorum olim *Mundi Na-*  
celebratus. De illo auctor Solinus, qui eum 12. *tali.*  
Kal. Aug. celebratum scribit ab Aegyptijs. Phi-  
lo de victimis loquēs qui singulis diebus Deo  
caderentur. Itaque, inquit, agni duo iussi legis  
mactantur quotidie mane, ac sub vesperam: o-  
uterq; cum gratiarum actione, alter pro diurnis,  
alter pro nocturnis beneficijs, quæ inde sinenter  
Deus largitur humano generi. Is numerus du-  
plicatur septimo quoque die, ut par pari addua-  
tur in eternitatis honorem, quod septimus dies

*mundi Natalis sit. De nauigio Isidis Laetant. Firmiam lib. t. Certus dies habetur in fastis quod Isidis nauigium celebratur. Victoriae quoque dies Natalis habebatur Iuuenal. Sat. 6.*

*Victoriae na-  
talis.  
Iuuenal.*

*suetonius.*

*Iosephus.*

*suetonius.*

*Palmā inter dominas virtus natalibus equat. Hoc est, victoriae diem, perinde atque Natalis celebrat. Nec obscurum est multarum à Romanis victoriarum Natales dies celebratos, quod unico Suetonij testimonio satis ostenditur, in Caligul. capite vigesimo tertio. Ac non contentus hac Angusti insectatione, Atticac, singulas que victorias, ut funesta, P.R. & calamitolas vetuit solemnibus feriis celebrari. Ptolomaeus etiam Rex diem aduentus legatorum, qui ad se venerant ex Hebreis, perindi atque Natalem in singulos annos celebraturum se pollicetur: nam idem, & victoriae dies erat, quam de Antigono retulerat, Nauli prælio superato. Iosephus Antiq. Iudaic. lib. II. cap. 2. Jam diem, inquit, quo ad eum deducti fuissent, clarum singulis annis, per totum vite suum tempus, celebraturum se promisit. Nam enemus eandem esse primum praesentia illorum, & victoriae diem, quo Antonium natali prælio vicerat. Hactenus ille. Titus etiam Vespasianus Natali filiae suæ Ierosolymam cepit, & a militibus Imperator consalutatus est. Suetonius in Tito cap. 5. Ad perdomandam Iudeam relictus, non ussima Ierosolymorum oppugnatione. 7. propragnatores, totidem sagittatum confecit iitibus; dupique eam Natali filia sua, tanto militum gaudio ac fano, ut in gratulatione, imperatorem*

*eum*


rum consalutauerint, & sub inde decedentem  
prouincia detinuerint: &c. In his etiā ludi facti. Ludi pro vicitoria.  
Docet idem Suetonius in Vespasiano cap. 2:  
Caium nequonon generē demereretur, ludos ex-  
traordinarios, pro victoria eius Germanica de-  
depoposcit. Quos aliquando petitos Xiphilinus  
docet.

Cicero autem in Orat. pro Flacco, eū diem,  
quo remp. coniuratione liberavit, Natalem vr-  
bis nominat. Natalis vrbis dies, quo  
*O non ē illæ decembres, quæ me cō-*  
*sule fuitis; quam ego diem verè natalem huius à cōiuratione*  
*urbis, aut certè salutarem appellare possum.* liberata

## APPENDIX.

**D**ixi Natalem mundi celebratum, atque ex Mundi nata-  
lis. Philonis auctoritate ostendi Sabbatum  
quasi natale orbis in honore habitum. Sed at-  
di etiam adhuc quam apie ad natalitios ritus  
ea de re philosophetur lib. 3. de vita Mosis. Philo. Iud.  
*Animaduertit præterea septimanam virginē,*  
*nec ē matre nata, nec mairem ipsam, nec ē cor-*  
*ruptione oriunda, nec ipsam corruptibile : deni-*  
*que intellectus hanc esse mundi natale, cælo, terræ-*  
*que festā, & omnibus terrestribus, exhilarantem*  
*cūcta concinnissimo septenario. Hanc ob rem ille*  
*maximus Moses aequum censuit, ut omnes as-*  
*criptie ius ciuitatibus, ius naturæ sequentes, cele-*  
*brarent hunc die motio, festisque hilaritatibus,*  
*intermissis laboribus & opificij questuarijs ne-*  
*gotiisque viatum parantibus ; ablegata etiam*

tantisper cen per inducias solicitudine anxie,  
vt vacarent non ludicris,(sicut quidam)reden-  
disque spectaculis mimorum saltatorumque,que  
insanum vulgus amat perditè,&c.



## DE NATALI DIE SACRO.

### CAPUT XVIII.

*Natalis Dies de SS. Martyrum ortu, & obi-  
tu dictus. Multi in eorū ritus antiqui, sed  
Christianō more expiati. Ornata templafe-  
ciliis, sertis & lucernis.*

**D**E Natali die profano nimis multas for-  
tasse tu verò Marcelle, Semper auditio-  
tantum? nunquām ne repones? Cœnabis &  
symbolus? non ita; compone te ad dicendum;  
nam de die Natali sacro partes sunt tuæ. Quas  
tu mihi imponis, inquit ille; sed quoniam col-  
lectam à coniuua exigis, non committam, vi-  
si defugerim, tibi caussam dem recusandi.  
Quamquam soleo semper cum Cæsare mira-  
ri eorum impudentiam, qui agunt in Scena  
gestum spectante Roscio. Sic ego nunc, te  
audiente, de sacris Natalitijs loquar, & do-  
cebo Sus, vt aiunt, Mineruam. Ad hæc,  
inquam ego, respondebo alias, qui sci-  
ant te multò hæc melius posse, quam  
ipse

ipse qui institui. nunc , si placet , ad ea quæ vrgent. Sanè , exceptit ille , vestigijs oportet tuis insistam , si illuc peruenire cupiam , quò me iubes intendere. Itaque pono in primis multorum ab Ecclesia nostra Natalitia coli : non quibus in hanc vitam prodeunt mortalem , cum aliis malis , tum maxime peccatis obnoxiam , sed quibus expiati martyrio , ad vitam transiunt immortalem. Quippe non ignorat *Psal. 115* pretiosam esse in conspectu 'Domini mortem *Apoc. 14* Sanctorum eius , & beatos qui in Domino moriuntur. Quamquam & B. Virginis , & Ioannis Baptiste Natales celebrat eos , quibus hanc lucem primum aspertere : non quia nati tantum sunt , sed quia Diuinis præ cæteris audi muneribus , Diuinitus nati sunt. Ij autem dies festi sunt omnes , feriati non item : in omnibus enim Sacra , & preces in Dei honorem atque Diuorum : sed non cuncta Deo , vt in ferijs operantur ; & serui ; & operæ , & artifices opus sine piaculo faciunt. Multi olim in his ritibus antiqui , sed Christiano more expiati. Tempore perinde , atque olim ædes in lætitia publica , magnifice exornata : exhibitum epulum Natalitium : data , & accepta munera : bona verba , læta gaudia , faustæ precationes imperatæ : eadem circa tempula , & sepulcra Martyrum , quæ olim circa Genios , superstitione sublata : de quibus mihi singulis pauca dicenda que B. Paulinus Episcopus maximè , & Prudensius Poëta piissimus mihi suppeditabunt. Bona itaque verba , priore illo anno , id est , *Anno in his verbis* , *læta*

*Natales Diuorum pro occasu.*

*Festī omnes līcet nō feriati*

*Multii in his olim ritibus aniqui.*

læta, & bene ominata cum in omnibus sacrīs,  
tum maximè Natalitijs usurpata: eadem in no-  
stris, Paulini in Natali S. Felicis. 6.

*Paulinus.*

*Concordate meis precor, & complaudite fratres  
Carminibus: castoque animos effundite lux.  
Gaudia sancta decent, & carmina casta deles;  
Qua quis possit ope ingenij, lingueque, reique.  
Et in Natali eiusdem. 8.*

*Pellite tristitiam, bona gaudia, dulcia verba,  
Omne piūm, lātum quo die Fēlicis amemus.  
Natali sine fine die, qua natus in ista est  
Perpetuūs Fēlix fēctis.*

*Templa mag- Templa intra & extra magnificè ornata festo  
nifice ornata cultu; hoc est, ramis, floribus, lucernis, aulcēs,  
vt olim ædes in sacrīs Natalitijs, atque in lepi-  
tia publica. Idem in Natali, 1. de mundicie:*

*Paulinus.*

*Tamen & patiere, & amabis  
Qualescumque tibi Christo donante dicatos,  
Et foribus seruire tuis: tua limina mane  
Mundicie curare fines.*

*In his ferta, In Natali. 3. de Sertis atque lucernis intra tem-  
& lucernæ plūm, & ad ianuas accensis.*

*Aurea nunc niueis ornantur limina velis:  
Clara coronantur densis altaria lychnis;  
Limina ceratis adolentur odora papyri.  
Nocte dieque micat, sic nox, splendorque dii  
Fulget, & ipsa dies cœlesti illustris honore  
Plus micat innumeris luce geminata lucernis.  
Ferte Deo pueri laudem, pia soluite vota,  
Et pariter castis date carmina festa chorū.  
Spargue flore solum, prætexite limina seruū.  
Purpureum ver spiret hyems, sit floreus annus;*

*Ami*

*Ante diem sancto cedat natura diei.*

De ethiicorum templis Tertullian. in lib. De *Templorū sa-*  
*corona militis. Ipse denique fores, ipse hostiae, & res areæ, hostiae*  
*areæ, ipsi ministri & sacerdotes eorum coronantur. Festus autem hic ornatus in honorem mar-*  
*tirū quæsitus, atque ut sacra maiori cum splé-*  
*dore perageretur; non ut epulæ fierent; quæ se-*  
*orsum à templis, tametsi aliquando intra illa,*  
*Tertull. de corona milit. Pro Natalitijs an-*  
*ma die facimus. Id est, diebus Sanctorum Na-*  
*talibus sacrificamus: siue memorias martyrum,*  
*ut ait August. lib. 20. contra Faustum cap. 21. B. August.*  
*religiosa celebritate concelebramus, & ad ex-*  
*citandam imitationem, & ut meritis eorum*  
*conficiemur.*

*Tertullianus.*

### C A P V T X I X.

*Desacris epulis natalitij. Agapæ dictæ. Olim*  
*intra tempora permisæ; sublate postea. Sepul-*  
*cria & ossa martyrum mero lauta. Honos tē-*  
*plorum liminibus habitus maximus.*

**D**ata etiam per hosce dies Natalitia coena.  
 Thodoret.lib.8. De Euangel. verit. sub si-  
 nem. *Filios cassos gloria (Deos scilicet gentium)*  
*vanosque Deus reddidit; suis autem Martyri-*  
*bis honorem illorum dedit, pro prandijs, Dia-*  
*sij que ac Dionysij, hoc est Ionis, Liberiq; pa-*  
*ris solemnitatibus, Petro, Paulo, Thome, Sergio,*  
*Marcello, Leontio, Antonino, Mauritio, aliis-*  
 que

*Theodoreetus.*

que sanctis Martyribus, solemnitates populi.  
ri epulo peraguntur: proque illa veteri pompa,  
pro turpi obscenitate, & impudentia, sum  
modesta, casta, ac temperantia plena festini  
tates: non illae quidem mero delibutae, non com  
messionibus leues, non cachinnis soluta, sed Di  
uinis canticis personantes, &c.

Neque vero intelligendum est Christianos,  
ob eam rem, gentilitat superstitioni commu  
nicasse; aut eorum se sordibus inquinasse. Quip  
imperatorum pe Imperatorum lege lata, eiusmodi conuicia,  
lex de his ce  
nis.

*Lex. 4. De pa  
gā. sacrif. &  
tempis.*

sublata prorsus omni superstitione, ad excitanda  
publica gaudia celebrabantur. Arcadius & Ho  
norius Imp. in l. 4. de paganis sacrificijs & te  
plis. Profanos ritus iam salubri lege summoni  
mus: ita festos conuentus ciuium, & communem  
omnium laetitiam non patimur summoveri. Unde  
absque ullo sacrificio, atque villa superstitione dan  
nabili, exhiberi populorum voluptates, secundū  
veterem consuetudinem, ministrari etiā festa  
coniuicii, quando exigunt publica vota, decerni  
mus. Has igitur & alias eiusmodi epulas, qua

*B<sup>r</sup> Gregorius.* remoto luxu caritatis gratia fiunt. B. Greg. pro  
bat lib. 2. Epist. 37. Coniuicia, quo ex intentione  
impendenda caritatis fiunt, recte vestra frater  
nitas in suis epistolis laudat.

*Eius modi ce  
ne probata in  
sacris. Esd. l.  
2. cap. 8.*

Et quidem si cum sobrietate fiant, merito  
festorum dierum laetitiam augent, neque dam  
nantur; imo probantur in sacris. Esdra. 2. lib.  
cap. 8. Dixit Nehemias, & Esdras populo. Ite,  
comedite, & bibite multum, & mittite partes his  
qui non preparaverūt sibi: quia sanctus dies Do  
mini

mini est. Et Tob. 2. Cum esset dies festus Domini, & factum esset prädium bonum in domo Tobie, dixit filio suo; Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deum, ut epuletur nobiscū. Et certe cùm Deo placent opera nostra (placēt autē, quoties Sanctorum Martyrum victorias, grati animi memoria celebramus) tunc prodesse nobis meritò existimabimus, quidquid cum modestia, & sobrietate curando corpori indulserimus. Laudabo auctorem Ecclesiastē cap. 9. Vade ergo, & comedere in latitia panem tuum, & bibe cū gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua.

Iure ergo commendantur à Tertull. in Apologet. cap. 39. & à B. Cypriano lib. 3. ad Quir. cap. 3. à D August. lib. 2. contra Faust. cap. 4. &c. 10. Denique à Clemente R. O. Apostolic. Const. lib. 2. cap. 28. à quo ἀγαπητοὶ nominantur, vti à Tertul. lib. 2. ad uxorem. ἀγαπητοὶ enim caritatem significat, & ideò quæ olim conuiua ex caritate fiebant, ἀγαπητοὶ dicebantur. Sed interdum Agapes, & Agapetæ honesto vocabulo concubinæ appellantur, vti apud B. Gregor. Nazianz. in preceptis ad Virg. & apud Scholiastem vi deas. Quam certè consuetudinem B. Hieronymus damnat in Epist. 22. ad Eustochium. Datae olim in Ecclesia; innuit B. Paulinus in Natali S. Felicis 6. vbi inter alia donaria Martyni oblatæ, opima fercula numerat.

Mentepares, ope diversi nec  
segnius illi

Ecclesiastes.

commendat<sup>4</sup>  
ab Ecclesiastē  
Patribus.

Agapædicit<sup>4</sup>

Agapetæ  
quæ olim.

Agapæ datae  
aliq[ue]ando in  
Ecclesia.

B. Paulinus

Fercu

*Fercula optima cibis: ceruis aulæa ferisque  
Larga quidem, sed muta dicant,*

*Eæ consuetudo de praua-  
ta.* Sed eam quoque consuetudinem in deterius  
prolapsam, atque ab hominibus, (vtsumus pro-  
m in peius) nimia licentia deprauatam, idem in  
Natali eiusdem 9. conqueritur.

*Atque vtinam sanis ageret hæc gaudia votis,*

*Nec sua liminibus miscerent pocula sanctu-*

*B. Paulinus.* Paulo post, *ignoscenda tamen puto, talia parus*  
*Gaudia, que ducunt epulis: quia metibus error*  
*Irrexit rudibus, nec tanta conscientia culpa*  
*Simplicitas pietate cadit, malecredula Sædu-*  
*Perfusis balante mero gaudere se pulcris*  
*Mero lauta sepulcra.* Nescio quid simile, & certe ex gentilitio ritu  
*Prudentius* apud Prudent. in Peristeph. Hym. de B. Fructu-  
oso & socijs, lego.

*Tum de corporibus sacrif. famille*

*Et perfusa mero leguntur ossa.*

*Que raptim sibi quisque vendicabat.*

*Sed ego lauta interpretor, ad ignis, cinerisque*  
*reliquias expurgandas: non iuxta ritum vete-*  
*rem. De quo Aeneid. 6.*

*Reliquias vina, & bibulas lauere fauillas.*

Iure igitur deletus hic ritus, seu verius, abu-

*Apparatus sus, à Concilio Laodicens. Can. 28. Dist 42.  
ia à conc. Laod.* Non oportet in Basilicis, seu Ecclesijs Agapen.

facere, & intus manducare, vel accubitus ster-  
nere. Cauetur idem in Concilio Tridentino  
concil. Trid. Sess. 25. in Decreto de inuocatione, & ven-  
tione Sanctorum. Damnauerat Apostolus, i.

*1. corin. 11. Corinth. cap. 11. Nunquid domos non habetis  
ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesia  
Dei*

Dei contemnitis.

Quod autem in Laodicensi Concilio addi-  
tum de accubitu in templis, aut de stratis tri-  
cliniaribus lectulis intelligi potest, aut etiam  
de cubiculariis ad somnos captandos, in Mar-  
tyrum per vigiliis: quibus vel intra templum,  
vel etiam pro foribus excubabant, ex gentium  
more. Vnde Tertullianus de Habitū mulieris. *Tertullianus*  
*Si in Idolio recumbere alienum est à fide, quanto* *explicatus.*  
*magis in Idoli habitu videri.* De per vigiliis au-  
tem B. Paulinus in Natali S. Felicis. 9. *Per vigilia*  
*Martyrum.*

*Per totam vigiles extendunt gaudia noctem;**Letitia somnos, tenebras funeralibus arcent.*

Et Nat. I.

*B. Paulinus.**Tua limina mane**Mundicie curare sines, & nocte vicissim,**Excubiis seruare piis.*

Qui etiam mos ab Hebræis videtur acceptus.  
1. enim Reg. cap. 2. fœminarum excubias ad  
templi limina fuisse legimus. Itaque de Heli  
Sacerdote scribitur. *Et audiebat omnia, que B. August.*  
*faciebant filii sui uniuerso Israëli, & quomodo*  
*miscebantur cum mulieribus, quæ excubabant*  
*ad ostium tabernaculi. Tu vero Tabernaculi*  
*nomine templum intellige: alias enim mulie-*  
*ribus non licet ad ostium tabernaculi acce-*  
*dere. Et Lucæ 1. Anna Prophetissa non recedit*  
*à templo in ieuniis & obsecrationibus seruiens*  
*die, ac nocte.*

Denique ut de epulis nihil amplius dicam,  
col luxus, & licentia processerat, vt non festis  
modo diebus, sed penè quotidie conuiuia ista.

GG

darentur. B. Augustinus Epist. 64. in Can.  
Commissationes. 42. Dist. Commisſiones,  
& ebrietates iſta conſeſſa, & licita putantur; ut  
etiam in honorem Beatiſſimorum Martyrum,  
non ſolum per ſolemnes dies (quod iſum qui  
non lugendum videat, qui haec non carnis oculuſ  
iſpiciuſ) ſed etiam quotidie celebrauntur.

## APPENDIX.

**C**onuinia diximus in Martyrum, templo-  
rumque natalitiis à nostris celebrata. De  
hiſ quid statuat B. Gregorius Papa cognomen-  
to Magnus lib. 9. Epift. 71. Ad Mellitum Ab-  
batem, hic iuuat aſcribere. Nam cū de Ido-  
lorum fanis in Eccleſias consecrandis, & de-  
moliendis ſimulacris decreuifſet; Et quia, in-  
quit, bōnes ſolent in ſacrificio Dāmonum mi-  
tos occidere, debet iis etiam hac de re aliqua ſo-  
lennitas immitari, ut die dedicationis vel na-  
talitio sanctorum Martyrum, quorum illic reli-  
quia ponuntur, tabernacula ſibi circa eafdam  
Eccleſias, que ex fanis commutata ſunt, de ramis  
arborum faciant, & religioſis conuivis ſolenni-  
tatem celebrent. Cuius rei hanç reddit ratio-  
nem, Ut dum eis aliqua exterius gaudia reſer-  
uantur, ad interiora gaudia conſentire facilium  
valeant.

## CAPUT XX.

Templorum olim limina coronata, adorata, &  
inuncta, ex ritu veteri. Gentibus ad fores &  
dium, & portas urbis Deorum simulacra,  
que identidem curata. Statua principum vi-  
rorum ad ianuas: salutat & interdum pro illis:  
ad quas etiam thus, & cerei. Qui amarent cur  
amatorum foribus oscula, ferta, & vnguenta  
darent.

**D**ixi Paulò ante ad templorum limina ex- *Excubia ad*  
cubias egisse nostros, in martyrum pervi- *Templorum*  
gliis. Tantus enim sub Ecclesiæ nascentis ex- *ianuas.*  
ordia, vel sacriss reliquiis cultus, vel templis  
honos habitus est, ut ipsa etiam limina deoscu- *Limina ado-*  
larentur. Chrysostomus Homil. 30. in 2. ad *rata.*  
Corinth. Templi vestibula, & aditum oscula- *B.Chrysost.*  
mari, cum alijs alios osculamur. At non cernis,  
quotnam homines etiam vestibula templi huius  
exsculantur? illi quidem flectentes caput; alijs  
autem manu tenentes, & ori manum admouen-  
tes. B.verò Paulinus Natali. 3. S.Felicis. *B.Paulinus.*

Cernere tuc passim est, sacra purgata medela  
Pectora liminibus sterni, iam mente refectos.  
Et Fortunatus Poeta de Basilica Rauennate: *Fortunatus.*  
Rursus Apollinaris pretiosa limina lambe,  
Fusus humi supplex.

Prudentius etiam Peristephan. Hymn. 2. *Prudentius.*  
ipsa & Senatus lumina  
Quondam Luperci, & Flamines,

*Apostolorum ac Martyrum  
Exosculantur limina.*

*Ornata seris.* De sertis Paulinus vbi supra.

*Spargite flore solum, prætexite limina serti.*

*Omnia ex ritu veteri.* Et hoc etiam ex ritu vetere, quo vñcta, corona, & adorata limina. Arnobius lib. 1. Cum

*Deorum ante ora prostrati, limina ipsa conuerterent osculis.* Tibullis lib. 1. Eleg. 2.

*Non ego si merui dubitem procumbere tēplis.*

*Et dare saceratis oscula liminibus.*

*Non ego telurem pedibus perrepere supplex.*

*Et miserum sancto tundere poste caput.*

*Prudentius.* Quem ad morem Prudentius in Romano ita canit.

*Sed credo magni limen amplectar Tonis,*

*Qui sic citetur legibus vestris.*

*Ouidius.* Ouidius præterea in 1. Metamorphoseon libr.

*Ut templi tetigit limen, procumbit vterg.*

*Pron⁹ humi; gelidog, panēs dedit oscula faxi*

*Iuuenal. Saty. 6.*

*Tarpeium limen adora.*

*Eadem priuatis in editib⁹ superstitio.* Nec ad templorum modo limina eiusmodi supersticio; sed ad ædium etiam priuatarum. Nam apud Plautum limen superum & inferum religiosè salutatur; & illæ apud Virgilium

*Æneid. 2.*

*Amplexaq, tenent postes, atque oscula figunt.*

*Pro ædium foribus Deorum simulacra.* Puto ita factum quia pro foribus Deorum simulacra, ut alibi dixi; deinde quia sui etiam foribus limini, cardini præfecti Dij. D. Augustin. lib. 4. De Ciuit. Dei. cap. 8. *Vnum quisque domui sue ponit ostiarium, & quia homo est, om-*

*B. August.*

SACRO, ET PROFANO. 101

nino sufficit. Tres isti Deos posuerunt, Forculum  
foribus, Cardam cardini, Limentinum limi-  
ni. Ante Augustinum etiam Tertullianus. De  
corona milit. At enim Christianus nec ianuā  
suam laureis infamabit, si norit quantos Deos  
ostis Diabolus affinxerit. Ianum a Ianua; Li-  
mentinum à limine; Forculum, & Cardam a fo-  
ribus, & cardinibus: & Thyreum Apollinem, &  
Antelios Dæmones apud Græcos. Ij enim θυρανον pollo, & An-  
vocant, quidquid foribus obiacet, & extra illas relij Dæmo-  
nes. Ita Thyræi Apollinis aræ ante fores, à Græ-  
cis celebrantur: & Antelij Dij sunt, qui pro fo-  
ribus dedicantur.

Ita amatores, ut eos sibi propitos redderent,  
& faciles aditus præberent, fertis, vnguentis,  
adoratione colebant. Lucretius lib. 4.

At lacrymans exclusus amator limina sepe  
Floribus, & fertis operit, posteisq; superbos  
Vnguit amaracino, & foribus miser oscula  
figit.

Ideo etiam apud Persium Sat. 5. vdæ fores ap-  
pellantur, quia vñctæ, aut sparsæ lacrymis, nisi  
in ero rigatæ.

An rem patriam rumore sinistro  
Limen ad obscenum frangam, dum Chrys-  
idis vdæ.

Ebrius ante fores, extincta cum face canto.  
Itaque Plautus.

Agite, bibite festinæ fores,  
Potate, site mihi volentes propitiæ.  
Tibullus libro 1. Elegia 2.

Tertullianus.

Thyreus A-

ntelios Dæmones apud Græcos.

Ij enim θυρανον pollo, &

An-  
vocant, quidquid foribus obiacet, & extra illas

relij Dæmo-

nes.

Amatores li-

mina coronat,

unguunt,

adorant.

Lucretius.

Vdæ fores

Persio cur.

Plautus.

Tibullus.

Te meminisse decet quæ plurima voce pergit  
Supplice, cum posti floriam sertam darem.

Ouidius.

Inter Ouidij præcepta 3. De arte illud etiam.

*Postibus & supplex precibus blandam  
puellæ,*

*Et capiti demptas limine pone rosas.*

Athenæus.

Amatorum  
limina eur  
coronata.

Cuiusmodi multa passim apud poetas. Quod de ritu Athenæus egregie lib. 15. cap. 2. Amatorum verò limina coronant: vel honoris gratia eorum velut Dei cuiuspiam vestibulum coronaunt: vel non amatis sacrificantes, sed ijsamari postea coronas deponunt? est enim amatores Amoris simulacrum: cuius cum domus sit templum, amasiorum fores coronant: ideoque non nulli in amatorum foribus sacrificant. Hæc ille quare nihil mirum si sertam foribus, vinum, coronas adhibeant, cum eas quasi numinum simulacula colant; in quorum religione & ornatu illa omnia consumuntur. Cicero 4. in Verrem. Omnes matronas, & virgines conuenient cum Diana exportaretur; vnxisse vnguentum complesse coronis & floribus. Et lapis vetus Romæ apud Lipsium ad lib. 1. Annal. Taciti, qui de hoc ritu inibi, & Elect. lib. 2. cap. 18. Deinde CORONIS. INLATIS. SIGNISQUE INVINCTIS.

Cicero.

Idola vñcta  
& coronata.

Nec mirum si hæc circa Deorum imagines, cum circa mortalium fierent, ad quas interdum præter lecternum, de quo supra, thus & cerei: perinde atque ad sanctiores aras. Cicero 3. Offic. de Caio Mario, qui vnu de tene nummaria constituit. Et ea res, inquit, signa-

Ad statuas  
thus & cerei.  
Cic. 3. Offic.

ris, et magno honori fuit: omnibus viciis statuæ  
facta sunt: ad eas thus & cerei. Item Coronæ <sup>Item Corona.</sup>  
etiam B. Ambrosius Ser. 10. in Psalm. 118. Quod <sup>B. Ambros.</sup>  
coronat imaginem imperatoris, illum utique ho-  
norat, cuius imaginem coronauit. Quid? quod Nudari ante  
nudari etiam ante statuam, capitale interdum statuam ea-  
fuit. Xiphilinus in Domitiano: *Mulier, quod pitale.*  
*exuta fuerat ante statuam Domitiani, damna-* <sup>Xiphilinus.</sup>  
*ta, & imperfecta est.* Cuius ille crudelitatis non  
sero pœnas dedit: nam & occisus à suis est, &  
statuæ eius omnes eversæ, ac dissipatae.

Eæ quoque ad ianuas pro dominis salutatæ. *Ad ianuas*  
Lucretius. *salutata.*

*Lucretius.*

*Tum portas propter, ahena*

*Signa manus dexteræ ostendunt attenuari,*

*Sæcè salutantum tactu, præterque mean-*  
*tum.*

Quod Alciatus lib. 8. Parerg. cap. 8. de patro- <sup>Alciatus.</sup>  
norum statuvis accipit, quas illi clientibus sa-  
lutarandas, adorandasque pro foribus propone-  
bant; cum sui copiam facete non possent: alias  
enim principum virorum statuæ ante fores  
cum hostium spoliis, quæ mutatis etiam do-  
minis, ipsæ non mutabantur. Plinius lib. 35. <sup>Plinius.</sup>  
cap. 2. *Aliæ, inquit, foris & circa limina ani-*  
*morum ingentium imagines erant affixis ho-*  
*stium spoliis, quæ nec emptori refringere liceret,*  
*triumphabantque, etiam dominis mutatis, ipsæ*  
*domus: & erat hæc stimulatio ingens, expro-*  
*brantibus tectis quotidie imbellum dominum*  
*intrare in alienum triumphum.*

GG. 4. *Accedit illi*

*Matutinae sa-  
lutationes.*

*Virgilii.*

*Iosephus.*

*Qui mos non  
Romæ solum  
sed in prouin-  
ciis.*

*Exod. 20.*

*Philo Iudeus.*

Quod autem ad matutinas illas salutationes, attinet, res est non obscura. Testimonia à qui busdām collecta sunt aliquot: insigne illud Virgilij Georg. 2.

*Si non ingentem foribus domus alta superbi  
Mane salutatum totis uomit ædibus undam:  
At secura quies, & nescia fallere vita.*

Id tam solemne seruatum, ut etiam in bello milites centuriones, tribunos, atque imperatores suos manè consalutarent. Iosephus lib. 3. de bello cap. 3. vbi de Romanorum disciplina militari. *Mane autem milites quidam ad cen-  
turiones, illi verò ad Tribunos conueniunt sala-  
tum: cum quibus ad summum omnium ducem  
uniuersi ordinum principes.* Sed præter ea, quæ ex Cicerone, Martiale, Suetonio, Dione aliisque laudari possunt, hoc solum Philonis addam, quo ostendam id non Romæ solum: sed in aliis etiam prouinciis usitatum. Hic enim in lib. 1. de monarchia, cum legem Hebreorum de non colendis Diis aureis, atque argenteis, quæ inter sacras habetur, non solum ad idolorum cultores spectare contulerent; sed ad auaros etiam diuites pertinere, qui numeros pro numinibus colerent; illos etiam hæc lege perstringi putauit, qui cum ipsis diuitiis carerent, alienas admirarentur; adeò ut earum dominos pro Diis haberent, salutarent, etiam supplicarent. *Quin & illos, inquit, qui cum non possint diuitias proprias habere, quod his ca-  
reant, alienas mirantur, non minus auari quam illi priores, quos adoraturi manè ad eadē corūm,*

SACRO, ET PROFANO. 105

erum, tamquam ad sanctissima templa cursitant, bona petituri ab his quasi numinibus. Ägyptiorum opinor, morem reprehendit, apud quos ille degebat, atque etiam Romanorum, in quorum illi erant imperio, & potestate. Quamquam apud Romanos etiam inclinante Repub. mos hic euauuisse videtur. Suetonius in Sergio Galua, cap. 4. Veterem ciuitatis exole-  
*rumq; morem, ac tanium in domo sua harentem  
 obstinatissime retinuit, ut liberti, seruiq; bis die  
 frequentes adessent, ac manè saluere, vespere va-  
 lere sibi singuli dicerent. Atque hæc de simula-  
 cris & statuis ante fores: de quibus Lucretium  
 Alciatus accepit.*

Lambinus enim aliter censet; de simulacris Deorum idola posse intelligi, ad urbis portas collocatis; quas qui ibant, redibantque per aegrè, salutare consuerunt. Cuiusmodi apud nos ritus solennis, quo sanctæ Crucis, ac Diuorum signa, aut sub dio, aut in sacellis etiam, pro portis urbiū collocantur: illis interdum non solum adoratio præstata, sed etiam victima cæsa. Iosephus de bello Iudaico, lib. 7. cap. 24. de Vespasiani, & Titi triumpho. *Ibi & cibum capiebant, & triumphalibus vestibus amicti, Diis ad portam collocatis cæsa hostia, inter spectacula transeuntes triumphum ducebant.* Imperatorum etiam statuas ad portas urbiū lego, apud Xiphilinum in Seuero. *Nam fulmen, inquit, in statuam ipsius, quæ ad eam portam collocata erat, qua exercitum erat educturus, quæq; spectabat in viam, qua illuc itur, cecidit.*

*Sed euauisse  
 apud Roma-  
 nos.*

*Suetonius.*

*ad urbium  
 portas.*

*Adorata, &  
 auta sacrifici-  
 ciis.*

*Iosephus.*

*Imperatorum  
 statua ad eas-  
 dem portas.*

*Xiphilinus.*

*Quæ supersti-* Sed ne longius faciam, dico hanc supersti-  
*tio etiā apud* tionem ad Hebreos etiam permanasse: nam  
*Hebreos.*

*Machab.lib.* post edictum Antiochi, Per universas ciuitatis  
*cap. 1.*

*Iudaæ in circuitu ædificauerunt ara; & ante i-*  
*nus domorum, & in plateis incendebant ihura,*  
*& sacrificabant. Nempe quia ex gentium ritu,*  
*idola in compitis, in domibus, ad vestibula, &*  

*Isaiæ 57. lo.* ianuas. Isaiæ 57. Et post ostium, & retro postem  
*cus explicat posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discor-*  
*dis.*

*peruisti, & suscepisti adulterum. Hoc est, Ido-*  
*la tibi Larium, aliorumve Deorum, Gentium*  
*in morem, in ipso domus introitu collocasti,*  
*ut frequens eorum aspectus egredientem te,*  
*atque regredientem susceptæ religionis com-*  
*mioneret. Itaque existimo hanc ob causam*  
*offensiones oculorum idola dici apud Eze-*

*Idola cur of-* chielem, cap. 20. Uniusquisque offensiones oculi  
*fessiones oculo lorum suorum abiiciat. Scholiastes statuas in-*  
*rū Ezech. 20.*

*telligit, & signa, quæ in domibus habebant.*  
*Cumque constet ex Iudicum, Regumque li-*  
*bris, & ex Ezechielis cap. 16. qui ita scribit:*  
*Ad omne caput viae, ædificasti signum prosti-*  
*tutionis tuae. Et paulò ante: Ædificasti tibi lu-*  
*panar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis pla-*  
*teis. Vbi de hoc ritu aperre, tametsi sub his*  
*meretricis, lupanaris, atque prostibuli inuo-*  
*lucris, ut apud nostrum interpretem Hierony-*  
*mum Prado, inter alios videoas: cum constet,*  
*inquam, non solum excelsos montes, & colles,*  
*templumque ipsum Deo sacrum, urbem to-*  
*tam Ierusalem, vias, plateas, foras, compita,*  
*domosque priuatas idolis refertas; recte à*

Propheta offendiones oculorum vocantur: quia in egressu, regressuque, in obeunda vrbe sapissime offendebantur. Quamquam offendiones etiam oculorum aptè dicantur, quia eorum aspectu decepti oculi, corda, (in quæ dominari maximè solent, ut alibi ostendi) in fraudem inducerent, & idololatriæ scelere obligarent. Ideò Numeror. 15. iubentur Numer. 15. Hyacinthinas palliis fimbrias annexetere, ut earum aspectu recordarentur mandatorum Domini: Ne sequerentur cogitationes suas, & oculos per ras varias fornicantes. Videor hac rerum varietate ductus, aberrasse ab instituto: ad quod sine villa mora iam redeo.



## C A P V T XXI.

*De sacris muneri bus natalitiis. Data, & accepta. Flores, vela, cerei, lampades, unguenta, tabella sepulcris, & templis oblatæ. Clypei qui olim in templis. Eorum dedicaciones, quæ interdum anniversaria, ut celebrantur.*

**N**ec defunt in sacris natalitiis munera: nam *Natalitia muneris*. & data, & accepta B. Paulinus ostendit in natale 6. ubi donariis videoas aras, sepulcra, templa magnifice cumulata: vela tunc pura, tunc picturis illuminata prætensa foribus: belluata tapetia, pictos cereos, argento incisæ imagines pro

pro foribus templorum appensas, lampadibus  
altaria coronata, odores denique, quemadmo-  
dum olim Genio, sepulcris inspersa. Paulinus  
itaque.

*Cedo, alijs preiosâ ferant donaria, meq;  
Officij sumptu superent, qui pulcra tegendâ  
Vela ferant foribus; seu puro splendida lino,  
Siue coloratis textum fucata figuris.  
Hi laues titulos lento poliant argento,  
Sanctaq; prefixis obducant limina lammis.  
Ast alijs pictis accendant lumina ceris,  
Multiforesq; cauis lychnos laquearibus apie,  
Ut vibrent tremulas funeralia pendula flammae.*

*Vela quid.* Sed quænam ista vela? intesa foribus ad obum-  
brandum quidam existimant. Ego verò, pra-  
tensa sepulcris, siue ante fores suspensa, reli-  
gionis ergo, atque reuerentiae; vt olim ostendit

Olim ad cubi tandæ maiestatis gratia, ad cubicula Imperato-  
cula Impera- rum. De quibus Tacitus lib. 13. Lampridius in

Eligabalo. Iulius Pollid. lib. 10. Seneca Epist. &c.

*Gregorius Tu- ronensis.* De illis Gregorius Turonensis lib. 4. miracul.

B. Martini, cap. 1. & 2. Accessi hand temerarii  
ad locum sepulcri, projectusq; solo oratione in fudi,  
atque secretius à pendentibus velis, uno sub vesti-  
mento injecto filo, Crucis ad hoc signagulum at-  
pinxi: protinus dolore sedato, abscessi. Et paulè  
post: Accessi iterum quarere sanitatem adiu-  
mulum, tactusq; à dependentibus velis, protinus  
stetit vena pulsus. Et sanè vela fuisse constat  
ante sanctiores aras, statuasque apud antiquos,  
vt vidit optimè Lipsius Elect. lib. 2. cap. 18. vbi  
Apuleium ad hunc morem corrigit lib. 11.

*Apuleius.*

Ac

*Ac dum velis candardibus reductis in dinero-  
sum, Deo venerabilem conspectum appre-  
camur.*

De Hebraeorum velis multa in sacris literis. *Vela apud He-  
bras.*  
*Iudas vbi altare instaurauit, vela appendit, Ma-  
chab. lib. 1. cap. 4. Qua de re Iosephus lib. 12. Iosephus.  
 cap. 10. Antiquit. Quod diligenter emundans,  
 introduxit noua vase, candelabrum, & mensam,  
 & aram ex auro factam. Recomposuit autem &  
 vela in ingressu, & ianuas ipsas reconstruxit.  
 Qua in re tanta religio, ut eorum custodiæ *Eorum custos  
 nonnisi Sacerdos aliquis preficeretur. Iosephus Sacerdos.  
 lib. 14. Antiquit. Iudaic. cap. 13. de Crasso Sy- Iosephus.  
 tiæ Præside, qui templum deprædatus est. Tra-  
 didit vero ei hanc trabem custos pecuniarum  
 Eleazarus nomine Sacerdos, non maleuolo ani-  
 mo, nam instus, & bonus fuerat: sed dum comi-  
 ssuisset ei custodia velorum templi, quæ mira  
 pulcritudine, vel construētione pretiosissima re-  
 plendebant in hac trabe pendentia. Hæc erat  
 aurea minarum pondere trecentarum, quam  
 Crassus Romanorum dux, qui Gabino succe-  
 serat, per summam perfidiam abstulit. De no-  
 stris vero velis meminit Gregorius lib. 9. Epist.  
 18. & lib. 2. Epist. 14. & lib. 8. Epist. 15. B. Am-  
 brosius ad Marcellinam. Augustinus de Civit.  
 Dei, lib. 22. cap. 8. & alijs s̄ape. Quæ pura in- *Vela inter-  
 terdum oblata, vt suprā Paulinus, & in Nata- dum pura.  
 li 3.***

*Aurea nunc niueis decorantur limina velis.*  
 Interdum etiam picta, vt præter Paulinum Ve- *Interdum  
 nantius Fortunatus docuit lib. 2. Carm. in Ho- picta.  
 mil. 5. Crucis, vbi de velis Crucis oblati, quæ  
 Cru*

Crucis signo intexta fuisse significat. Vela etiam figuris fucata dixit Paulinus: cuiusmodi olim in theatris maximè in usu. Xiphilinus in Nerone: *Vela etiam, quæ per acrem expansa ad arcendum Solem purpurea erant Inq; ius meum Nero acu pictus currum agitans, circum uero undique aureæ stellæ.* De his etiam velis, quæ in templo, mentio fit in lib. Machab. cap. 6. vbi de templi cuiusdam ornamentis. sic: *Et anam esse ciuitatem Elymaiacm in Perside nobilissimam, & coptosam in argento, & auro, templum in ea locuples valde, & illic velamina aurea, & loricas, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi Rex Macedo, qui regnauit primus in Gracia.*

*Vela picta in templis.* Vela autem cum depictis Imperatorum imaginibus, vel cum eorum nominis inscriptione in templis appendebantur. De his Tertullianum accipio, qui in lib. de habitu mulieris ita scribit: *Sed & parietes Tyrus, & Hyacinthinus, & illis regiis velis, quæ vos operosè resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur.* Ea tituli dicebantur à tuendo, quod eum locum, vbi essent, pro suo vindicarent, atque tuerentur, ut in eum nemo anderet inuadere. Cottinas regias appellavit Ambrosius ad Marcellinam scribens: docuit Baronius Cardinalis Annal. tom. 1. ita etiani titulus pro Ecclesia capitur, quod in loco vbi erat erigenda, Crux in titulum ponetur. Docet idem Cardinalis inter alios in Martyrologio Romano 26. Iulij. Et Prudentius Hymn. 5. de S. Vincentio.

*Jam nunc & ossa extinxero  
Nefis sepulcrum funeris,*

*Quod*

*Prudentius.*

*Titulus pro Ecclesia.*

*Xiphilinus.*

*Machab. lib. 1.  
cap. 6.*

*Vela picta in  
templis.*

*Tertullianus  
explicatus.*

*Vela cur titu-  
li dicitur.*

*Titulus pro  
Ecclesia.*

*Quod plebs gregalis excolat  
Tumulumq[ue] gai Martyris.*

Idest, Crucem in titulum statuant, ut sacer locus significetur Ecclesiæ designatus.

Quamquam, vt suprâ diximus, tituli etiam Martyrum dicebantur vela, cùm depictis eorum imaginibus, aut sola nominis inscriptione notata; vt olim clypei Imperatorum, de quibus infra. Quòd autem addit titulos ex argento, & lammis ad templi lumen affixas, eas oportet intelligi Diuorum imagines ex argento fuisse, quæ ad festum ianuarum ornatum adhiberentur, quæ propriè tituli dicti. Ex argento autem facti ex vetere inuento. Imagines enim illustrum virorum ex auro, argentoque suspensæ videbantur in templis, instar clypei rotundæ. *Clypei quid.* Plinius: *Sicutis qualibus ad Troiam pugnatum est continebantur imagines, unde & nomen habere clypearum.* De his Suetonius in Domitiano, cap. 23. Trebellius in Claudio. Liuius lib. 25. Valerius Maximus lib. 8. cap. 15. quorum testimonia non est cur describam ex eruditissimo Liptio, qui hæc ad Annalium Taciti lib. 2. Addam tamen nonnulla alia, quæ hunc morem illustrent. Suetonius in Caligula, cap. 16. *Quas obres inter reliquos honores a cresce est ei clypearum auxens: quem quotannis certo die collegia Sacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu prosequente, nobilibusque pueris, ac pueris carmine modulato, laudes virtutum eum canentibus.* Dr. tum autem in clypei dedicatione epulum. *Lapis me docet apud Liptium.* *Epulum in ea*

*Tituli ex argento quid.*

*Clypei quid.*

*Suetonius.*

*Clypearum  
duatio.*

NESTORI.

AVG. NEPETE

HIC. LVDOVS. FECIT

ET. DEDICATIONE

STATVÆ. PATRONI

QVAM. IPSE. POSVIT

ET. CLYPEI. SVI. ITERVM

MVNICIPIVS. NEPESINIS

EPVLVM. DEDIT

*Philo Iudæus.* Addo etiam Philonem de legatione ad Caium: narrans enim quanta ab Alexandrinis mala perpesti essent Hebræi, scribit proseuchas igne succensas tanta hostium rabie atque insania, vi ne suis quidem ædificiis pepercérint, modo Hebræorum vastarent: quamquam in illis multa Imperatorum donaria, multaque glorio monumenta. Taceo, inquit, deletos a furentibus eodem incendio honores Romanorum Principum, clypeos, coronas, statuasq; auratas cum suis titulis, quos reveriti continere impetum debuerant: sed tunc ferociebant non timentes Caium vindicem, quem norant Iudeis infensissimum,

*Hebrai cly- &c. Quin & ipsi etiam Hebræi clypeum au-  
pesum Romæ reum Romæ, veluti seruatæ fidei, atque amici-  
tiae monumentum perpetuum deuouerunt. De*

*S. C. De eo eo S.C. legitur apud Iosephum lib. 14. cap. 17.  
apud Iosephū. L. Valerius Lucy filius. Cos. Conueniente Sena-*

*tū fribus Decemb. in templo Concordia, presen-  
te L. Cōpinio, L. Collina filio, & Cepario filio Qui-  
rini, de his, qua Alexander Dorothæi, & Num-  
nius Antiochi, & Alexander Jasonis, Iudaorum  
legati, optimi viri, & auxiliatores loquuntur.*

renonantes cum Romanis gratias & amicitias  
pristinus, clypeum aureum pro indicio auxilio-  
rum denouerunt, quinquaginta millium sclo-  
rum, &c. Placuit igitur Senatui amicitias &  
securitatem cum eis coponere, & omnia qua sup-  
plicauerunt concedere, clypeumque suscipere.  
Hactenus S.C. Descutis Alexandri in templo  
suspensis proxime dixi ex lib. Machab. i. cap. 6.

Et Senecam ego ex isto ritu interpreter in E-  
pistola. 116. vbi de Dei cultu sic agit. Colitur

*seneca expli-  
catus.*

autem non taurorum opimis corporibus contru-  
tidatis nec auro argentoque suspenso. Nec absi-  
mile illud Philonis de legatione ad Caium: *Iudeus.*  
vbi de Augusti templo, apud Alexandriam, su-  
blime scribit esse; *Engens*, ac conspicuum, qua-  
lenusquam alibi: plenum donarijs, pictis tabu-  
lis, & statuis, circumquaque ornatum auro, ar-  
gentoq;. Nempe quia ex auro argentoque cly-  
pei, & Imperatorum imagines.

*tituli ut pro-  
foribus*

Vt autem hi tituli pro foribus collocarētur,  
coniectari licet, cū ex his, quæ Paulinus scri-  
bit, tum ex his, quæ in celebrioribus festis ad  
templorum ianuas Romæ visuntur. Festus e-  
stum in his adhibetur ornatus: id est, ramorum,  
ac frondium serra; quos nunc *Festones* dici-  
mus. In his orbes, aut quadra ex interuallo re-  
licta: in quibus tituli, siue vela depictis Diuo-  
rum imaginibus includuntur. Paulinus supra: *Paulinus.*

*Spargite flore solum, prætexite limina sertis.*  
Item. *Sanctag, prefixis obducant limina laniis.* *Serta & titu-*  
*li ad templo-*  
Vides serra & titulos ad limina? nihil dubito  
qui hæc fuerit ratio collocandi. De his ego *rum limina*:

*titulis Prudentium accipio in Hippolyto;*

*Prudentius  
explicatus.*

*Ipsa illa exunias animæ, que continet intus,  
Ædicula argento fulgurat ex solido.*


*Iuuenalis.*

*Prefixit tabulas diues manus æquore laui  
Candentes, recavum quale nitet speculum.*

*Et forsitan hoc illud est Iuuenalis Sat. 6. ubi si-  
milis ornatus non ob religionem in templis,  
sed ob lætitiam nuptiarum in ædibus, in qui-  
bus vela & rami.*

*Ornatas paulo ante fores, pendentia liquit  
Vela domus; & adhuc virides in limine  
ramos.*

*Sed hic aulea licet intelligi, quibus in lætitia  
nuptiali, aut festis alijs diebus, domestici parie-  
tes vestiuntur.*



### C A P V T . X X I I .

*Quæsitum præterea de sacris muneribus Nata-  
litatis. Floribus, vnguentisque conspersa sepul-  
cra. Pecunia, obsoniaq; in pauperes erogata.  
Libri etiam, & carmina Martyribus oblata:  
& ab his interdum accepta. Vnguenta, & li-  
quores saluberrimi ex ossibus fugati ab obse-  
sis corporibus damones: edita mille prodigia.*

*floribus &  
vnguentis  
parsa Mar-  
tyrum sepulcra  
Prudentius* **F**lores præterea & vnguenta Genio fusa:  
Eadem circa sepulcra Martyrum, quorum  
Paulinus; addo & Prudent. in Peristeph. Hym.  
3. in B. Eulaliæ laudem.

*Car-*

Carpite purpureas violas,  
Sanguineosque crocos meate.  
Non caret his genialis hyems.  
Laxat & arua tepens glacies;  
Floribus ut cumulent calathos.  
Fsta comantibus è folijs

Munera virgo, puerque date.

Floribus autem sepulcra ab Ethnicis cumulari solita, eorum maximè, quos in diuos retulissent, decantatum est. Domitianus quosdam interfici iussit, qui ferta in locum, quo Paridem saltatorem occiderat, intulerunt. Auctor Xiphilinus in Domitiano.

De vnguentis idem Paulin. in Nat. 6. S. Felicis.

Martyris hi tumulum studeant perfundere martyrum se-  
nardo; pulcra

Et medicat apio referant vnguenta sepulcro. inæcta.

Cui consonat illud Prudentij in Hippolyto:

Oscula perspicuo figunt impressa metallo

Prudentiu.

Balsama diffundunt rletibus ora rigant.

Multa etiā munera in pauperes, vt olim spor-  
tulae, erogata. idem Paulinus supra.

Cedo equidē, & vacuo multis posterioribus auro,

B Paulinus.

Quies gravis & sinu relictatur egēte replete

Qui locuplete manu promptaria ditta laxat,

Et varijs animā spōsatis dotibus auctat, &c.

Libri olim & carmina à doctis viris missa: ha-  
bes B. Paulini, pridētij, aliorūque natalitia car-  
mina: habes homilias, & orationes patrum in  
Natali Sanctorum.

Libri, & car-  
mina Marty-  
ribus dicata.

Dat tamē munera is, cuius natalis agitur: ne-  
que id in sacris Natalitijs desiderabis. Dedere ipsi Martires.

illi plurima, maximaque, & magnificentissima,  
cum alias tum maximè Natali suo. Docebit  
Idem Paulinus.

*Paulinus.*

*Sine hoc Natali studet indulgere diei,  
Ut paucis alias det opem; quod plura benignus  
Natali det dona suo.*

*cuiusmodi  
munera;*

Cuiusmodi autem munera? Dæmones ab ob-  
sessis corporibus fugantur: lux oculis cæcis,  
gressus pedibus, salus ægris, vita mortuis datur:  
extinguuntur incendia: sistuntur torrentes al-  
uei; prodigia mille cernuntur: quæ non est hu-  
ius instituti sectari. Vnguenta Martyribus effu-  
sa: vnguenta quoque illi profundunt. ad pel-  
lendos morbos miræ virtutis. Fidem facit Beato-  
rum Andreæ, Nicolai, Glyceriæ, Laurentij,  
& socrorum; Eufemiæ, Euthymij Abbatis, Eli-  
sabetæ Hungaricæ, aliorumque sepulcra: quæ  
partim antiquitus, partim etiam nunc vnguen-  
tis saluberrimis scarent. Nemo ferè erat homi-  
num, qui ad Martyrum sepulcra quicquam  
rogatus accederet, qui non latus atque ala-  
cer, re impetrata, discederet. Ostendunt illa,  
quæ supra diximus de Gregor. Turon. ad B.  
Martini sepulcrum: docent quotidiana prodi-  
gia: confirmant illa Prudent. Peristeph. Hym. 2.  
*de S. Laurentio.*

*Multa à Deo  
impetrata.*

*Prudentius.*

*Quæ sit potestas credita,  
Et muncriis quantum datum,  
Probandi Quiritum gaudia,  
Quibus rogatus annuis.  
Quod quisque supplex postulat,  
Feri imperatum prospere:*

*Poët*

*Poscunt, litantur, indicant,  
Et tristis hand ullus redit.  
Et in Hippolyto.*

*Scribo quod hac eadem*

*Hippolyto scio me debere: Deus cui Christus  
Posse dedit, quod quis postulet, annuere.*

Vides, quod falso veteribus de Genio persuasum (nempe ab eo, quæ natali die peterentur, impetrari) id in nostris natalitijs, martyribusque completum? Iam vero nihil mihi reliquū factum esse videtur in hac re, quod dicam, nisi illud tantum, quod tu postremo loco posuisti, de varietate Natalitorum, quæ olim celebrabantur: nam & refum, & locorum natalitiam celebritatem fuisse dixisti: quæ mihi pars etiam attingenda.

### C A P V T   X X I I .

*Natalis Christi reditus ab Ægypto olim celebris in Ecclesia. Item sacrorum magistrorum ut Pontificatus, Cathedrae, Episcopatus, victoriae, atque triumphi. Templorum, etiam apud Hebreos. Missa in his munera.*

**N**atalem etiam reditus ab exilio celebra- *Natalis chris-  
tum, superius ostendisti: ego quoque ali-  
quid simile apud nostros ostendam. nam Chri-  
sti reditum ab Ægypto summa olim religio-  
ne celebratum, cum Græcorum Menologia-  
tum Romanum Martyrologium, item Bedæ,*

## 118 DE DIE NATALI

Adonis, Vſuardi docebunt: in quidus is dies  
 7. Ianuarij anniuersaria commemoratione re-  
 colitur. Atque ut illi non eū tantum diem,  
 quo primū nati essent, sed eos etiam, quibus  
 ad gloriam nati essent, & ad magistratus eue-  
 tū, lucent reip. aspexissent, Natalis instar habe-  
 bant: ita etiam nostri Pontificatus, Cathedræ,  
 atque Episcopatus Natalem diem anniuersaria  
 lætitia coluere. Tenuit enim vetus Ecclesiæ  
 consuetudo, ut dies anniuersaria ageretur, qua  
 quis alicui sedi praefectus esset Episcopus. De  
 consuetudine Orientalis Ecclesiæ, satis monet  
 Græcorum Menologia, in quibus B. Basilij,  
 Ioannis Chrysostomi, & aliorum agitur sedis  
 Natalis dies. Quo etiam more, & ratione Ro-  
 manæ Ecclesia eam diem solemniter agere cō-  
 sueuit quæ Romanæ Natalis est Cathedræ. De  
 cōsuetudine scribit. S. Paulin. Epist. 16. ad Se-  
 uerum.

*Quanta in eo  
 celebritas.*

Tanta autem erat eius diei celebritas, ut ad  
 Natalem Romani Pontificis agendum, finiti-  
 mi omnes Episcopi Romam conuenirent.

*B. Hilarius.*

Hilarius Papa in Epist. ad Alscanium & cæteros  
 Episcopos Provinciae Tarragonensis. Lectis er-  
 go in conuentu fratrum, quos Natalis mei festi-  
 uitas congregauerat litteris vestris. Docent de

*B. Ambrosi.*

ea re sermones. S. Leonis Papæ, ea die habiti:

*B. Augusti.*

& illud quo B. Ambrosius scribit de Felice Co-  
 mensi Episcopo lib. 8. Epist. 60. Editionis Ro-  
 manæ. Et B. Augusti Ser. 32. De verbis Domini  
 in fine, de die Natali Aurelij Episcopi Cartha-  
 ginoensi. Dies anniuersarius Ordinationis Do-

mini

nini sensis Aurelij crastinus illucescit : rogat  
 & admonet per humilitatem meam caritatem  
 vestram, ut ad Basilicam Fausti deuotissime  
 venire dignemini. Et de sua etiam anniversa-  
 ria Ordinationis die Homil. 24. Veruntamen  
 cum dies anniversarum nostrae ordinationis  
 exoritur, tum maximè honor huius officij, tan-  
 quam primum imponatur, attenditur. In Ro-  
 mano etiam Martyrologio Natales quidam  
 Episcoporum festi atque solemnes habentur.  
 14. Iunij. Ordinatio sancti Basili Cæsareæ in  
 Cappadocia : quam in diem à Beda, Vluardo,  
 & Adone reiicitur. Agit de ea B. Gregorius  
 Nazianzenus in Orat. de laudibus Basili, &  
 in funere patris, & in epistolis sæpe. 3. Septem-  
 bris. Ordinatio sancti Gregorij Pape, Romæ: <sup>s. Gregorij</sup>  
 cuius mentio apud Gregorium Turonensem  
 Histor. Franc. lib. 10. cap. 1. Paulus Diaconus  
 de gestis Longobardorum. lib. 3. cap. 12. Ioan-  
 nes Diaconus in vita sancti Gregorij 7. De-  
 cembbris. Sancti Ambrosij Episcopi, & Ecclesiæ  
 Doctoris ordinatio, Mediolani : quam etiam <sup>s. Ambrosij</sup>  
 solemnitatem Græci celebrant, Natalemque  
 dicunt, ut ex eorum Menologio constat. Octa-  
 vo eiusdem mensis ordinatio sancti Zenonis <sup>s. Zenonis</sup>  
 Episcopi, Veronæ. De his omnibus copiosè  
 Baronius Cardinalis, cuius laus est in Eccle-  
 sia: à quo nos ista descripsimus. Addam B. Au-  
 gustini sententiam ex Serm. 15. de Sanctis,  
 qui est 2. de Cathedra sancti Petri, ubi sæ-  
 pe diem illum Natalem appellat. Recte igitur  
 Ecclesiæ Natalem sedis illius colunt, quam

*Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit, & paulo post. Quod Natalis ergo Cathedra hodie colitur, sacerdotale honoratur officium.*

*S. Crucis Na-*  
*talis.*

Inuentio autem S. Crucis, quasi Natalis est Crucis. Itaque à Græcis tertia die à Resurrectione Domini, Crucis resurrectio celebratur: cum nimirum sursum emergens prodigijs illustrata cælestibus, toto orbi se prodidit. Exaltatio verò illius cum post insignem victoriam à Cosrhoë partam restituta est, cur non pro Natali eiusdem, atque victoriæ habeatur? Nam Triumphus etiam illius, festus atque solemnis Hispanis, Natalis victoriæ nobilissimæ annis uersariem celebritatem habere, quis dubiter: cum sciat præsertim ausum esse Ciceronem diem illum, quo rēp. à coniuratione liberauit, Natalem reip. dicere in Orat. pro Flacco.

*Victoria  
Natalis.*

Natal. verò victoriæ Naualis de Turcis nostra ætate cōparatæ. 6. Octob. sub titulo commemorationis S. Mariæ de Victoria, ex decreto Pij. 5. Pontif. Max. celebratur; atquè ob sempernam eius memoriam, hoc titulo, templū Mediolani magnificum ædificatum est: dignissimum tam insignis victoriæ monumentum.

*Celebratus  
epulis, &  
muneribus.*

Scimus etiam apud Hebræos Natales victoriæ celebratos sacris, epulis, & muneribus missis. Dies enim quo victoria de Holoferne Regis Assyriorum legato, siue præfecto, per Iudith. 16. dith. viduat, relata est, decreto Iudæorum inter festos relatus est. cap. 16.

*Dies victoriæ huius festinitatis ab Hebrewis  
in numero Sanctorum dierum recipitur, & coli-  
tur*

intra Iudeis, ex illo tempore usque in presentem diem. Diem etiam Natalem coluere victoriae, quam de Nicanore duce Demetrij Regis Syriae reportarunt. Machab. lib. 1. cap. 7. Et latitu-  
sus est populus valde, & egerunt diem illam in  
letitia magna, Et constituit agi omnibus annis  
diem istam, tertia decima die mensis Adar, Io-  
seph. lib 12. Antiq. Iudaicar. Hac Victoria con-  
tigit quartadecima die mensis Adar, quam ce-  
lebrant quotannis festum tolentes diem.

Dies etiam Victoriae aduersus Aman, qui Iudeos perdere constituerat, festum habuere, ex instituto Mardochaei. Esther cap. 9. De hoc die. Quem constituerunt esse solemnem, ut in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio, atque convivis. Et paulo post: Hi vero Iudei, qui in oppidis non muratis, ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar, conui-  
uiorum & gaudij decreuerunt, ita ut exultent in eo, & mittant sibi mutuo partes epularum, & ciborum. Et infra scripsit Mardochaeus ad omnes Ludaeos, qui in Regis prouincijs moraban-  
tur, ut quintamdecimam diem, qua percutere desierant, quasi completa Victoria: Profestis susciperent, & reuertente semper anno, soleanni celebrarent honore, quia in ipsis diebus se ulti-  
sunt Iudei de inimicis suis, & luctus atque tristi-  
tia in hilaritatem, gaudiumq; conuersi sunt: es-  
sentque dies isti epularum atque latitiae, & mit-  
terent sibi inuicem ciborum partes, & pauperi-  
bus munuscula largirentur. Sed latitiae com-  
munis & publicae dies plurimos ab Hebreis

*Nacha. lib. 1.*

*cap. 7.*

*Iosephus.*

*Esther. 9.*

festos atque solemnes fuisse & communibus etiam gaudijs magnificissimè celebratos, satis, opinor, scient omnes, qui vel sacras eorum Historias, vel etiam profanas saltem mediocriter degustarint; & Iosephum præcipue patrium illorum scriptorem lectitarint.

*Templorum  
dedicationes.*

*Iosephus.*

*Festum zu-  
minum apud  
Hebreos.*

*Dies etiam  
anniversa-  
rius.*

Templorum illi Natales dies, hoc est dedicationis, ut Latini loquuntur; Graecia vt Græci peregerunt summa tunc religione, tum gaudio. Instaurationem dedicationemque templi ab Antiocho diruti, Iudas summa lætitia celebrauit. Iosephus lib. 12. Antiquit. Iudaic. cap. 10. Celebrauit autem Iudas cum cibibus suis pro renouatione templi sacrificia per dies octo, nullum genus deliciarum relinquens, sed pretiosissimis dapibus eos pascens, Prorrenovatione vero solemnium, post inulsum tempus inspirata religione receptorum, legem posuerunt, vt posteri per octo dies hanc renouationem templi celebrarent. Unde & ab illo tempore haec tenus hanc festiuitatem celebramus, vocantes eam Luminæ, eo quod præter spem hoc nobis splendidum lumen colenda religionis apparuit. In Ecclesia nostra muleæ & magnificæ templorum sive Basilicarum dedicationes anniversaria celebritate recoluntur. Ad quod olim feli-

tum multus magnusque concursus hominum, magna Episcoporum frequentia fiebat: dona ab imperatoribus alijsq; principibus viris mittebantur. Antiocheni quidem templi encænia tanto cum splendore celebrata sunt, Hilarime, vt ad ea Episcopi. 99. vt Hiliarius numerat; vt alij

alij 80. conuenerint.

De donis in templo missis tam multa leguntur apud scriptores sacros, ut frustra in ijs commemorandis suscipiatur labor. De Ierosolymy tani templi muneribus in dedicatione collatis, Eusebius multa, cuius hæc sūt ex lib. 4. *Eusebius.*  
*Donaria in.  
 templis.*  
 de vita Constantini, cap. 40. & deinceps, *Quā-*  
*ja etiam in ipso templo donorum turba ex auro,*  
*argento, pretioso lapide, separatin suo quo ad*  
*fieri potuit volumine conscriptum imperatori*  
*dedimus, eiusque nomini dicauimus. Sed de*  
*his satis copiosè Baronius Cardinalis: & Du-*  
*rantius lib. 1. de ritibus Ecclesiæ. frustra autem*  
*in ijs describendis opera consumatur. Neque*  
*primam solum dedicationis diem, sed anniuera-*  
*tiā, & nouendialem celebritatem obser-*  
*vare. Sozomenus lib. 2. cap. 25. Ex quo tem-*  
*pore Ierusalem Ecclesia quotannis diem*  
*festum splendide admodum celebrat: adeo ut in*  
*sozomenus.*  
*coinitiationes Sacrorum peragantur; & dies 8.*  
*deinceps conuentus fiant. Dedicationes Basili-*  
*carum in nostro Martyrologio complures nu-*  
*merantur, nihil opinor pensi erit, tempus in*  
*his commemorandis collocate: maxime cùm*  
*obuiæ sint, & nos longius fortasse, quām puta-*  
*tamus, aut etiam voluimus, hoc sermone Na-*  
*talitio processerimus. Quare si placet dimit-*  
*tamus hōtic cætum; & si quæ restant, in diem*  
*aliū reserueimus. Hic cū cæteri annuissent,*  
*sine dicendo factō discessimus.*



MARTINI DE ROA  
EX SOCIETATE IESV,  
SINGVLARIVM LOCO-  
RVM AC RERVVM.

Liber Sextus.

CAPVT PRIMVM.

Ciceronis locus ex ea , Quæ de Aruspicum responsis , numquam hactenus explicatus , illustratur ; ludorum veterum instauratio quibus de causis facta . Then sam , lorum , terram tene-  
re quid ?



Escendo ad ea , quæ ex humanis maximè confitent & rebus , & auctori-  
bus ; ut suum accipiat inscriptio libri , & volumen  
hoc primum singulariu , complementum . Dabit  
initium Cicero in ea , quæ est de aruspicum  
responsis nunquam hactenus explicatus . Multi-  
ta inibi ex prisco ritu , & vetustissima Etruriæ  
disciplina , nec satis obvia ; & ad coarguendā  
vete-

eterū in sacris nimiam diligentia, dicam verius, improbam superstitionem, opposita. De adis minus diligenter factis, pollutisque seruo erat, quos renouari atque instaurari necesse fuit, quod tum ita esse atuspedes arbitrabantur, cùm ex ijs, quæ ad ludorum religionem pertinerent aliquid vel per incuriā, vel imprudentiam omissum esset; aut si quid etiam præter consuetudinem in eorum celebritate commisum. ita Cicero. *Te appello Lentule, vosq[ue] Pontifices ad quos epulones Iouis Optimi Max.* <sup>cicer. locus</sup> *dificilimus.*

*Squid est prætermissum, aut commissum afferunt,*  
*quorum de sententia illa eadem renouata atque*  
*instaurata celebrantur. Et post. Responde his &*  
*pro te, & pro collegis tuis, nihil cuiusquam aut*  
*negligentia contentum, aut scelere esse pollutum:*  
*omnia solemnia ac insta ludorum omnibus obser-*  
*uatis summa cum ceremonia, esse seruata.*

Prætermissionis autem commissionisque rationem proximè pluribus. *An si ludum confi-*  
*xit, aut ubi cœn repente conticuit; aut puer ille pa-*  
*trimus & matrimus si terram non tenuit, aut*  
*ibensam, aut lorum omisi; aut si ædilis verbo, aut*  
*impulo aberrauit, ludi nō ritè facti, eaque errata*  
*excipiatur; & mentes Deorum immortalium lu-*  
*dorum instauratione placantur. Si ludi ab lati-*  
*nia ad metum traducti sunt: si nō intermissi, sed*  
*perempti atque sublati sunt: si Cœnitati uniuersæ*  
*scelere eius, qui ludos ad luctum conferre voluit,*  
*exitiorum dies illi festi pene funesti; dubitamus*  
*quos ludos ille fremitus nuntiet esse pollutos. Vbi*  
*primum vides quomodo non ritè facti; deinde*  
*Instauratio-*  
*nis ludorum*  
*ansæ.*
  
*Error aut*  
*Lapsus*
  
*Letus, me-*  
*ti subitus.*  
*us*
  
quo

quo violati & polluti; tum qui iudices eam rem cognoscerent, & de instauratione statuerent: denique ludorum violationem terrarum fremitu alijsque prodigijs, quemadmodum & lucorum, & factorum locorum à Dijs iratis portendi.

*Pro violatis  
ludis postula-  
tiones decre-  
tae.*

Cicero.

Etenim ludis, locis ve facris violatis, Deos violatos putabant, ijsque postulationes decernebantur, Cicero ibidem. *De ea r. scriptum est* postulationes decretas esse Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, Dysis celestibus. *Audi equibus* Dij violatis expiatio debeatur; sed hominum que ob delicta, quero. *Ludos minus diligenter factos,* pollutisque. Postulationes intelligo supplicationes & sacrificia, quibus Dij se placari volebant. Festus. *Postulatoria fulgura*, quæ votorum aut sacrificiorum spretam religionem designant. Senec.lib. 2. Nat. Quæs. cap. 49. Ait esse postulatoria, (de Cecinna loquitur) quibus sacrificia intermissa, aut non ritè facta repetuntur. Arnob. lib. 4. causas illas instauracionis ita complexus est. In cærimonijs vestris rebusque Diuinis postulationibus locus est, & piaculis. Dicitur contracta esse commissio si per imprudentie lapsum, aut in verbo quispiam, aut symulo deerravit; aut si iudicrum constituit; aut tibicen repente conticuit; aut si patrimus qui ille vocitatur puer omisi per ignorantiam lorum, aut terram tenebre non potuit. Sed hic certè locus & ille alter Ciceronis explicandi sunt. Cicero igitur.

*Zodium con-  
sistero quid.*

AN SI LVDIVS CONSTITIT. HOC est si dum saltaret, ageret vc, aut caneret, incerta aliqua

yi mouere pedes, aut loqui non potuit. Cui rei simile quiddā Aesopo contigisse narrat Cicero lib. Famil. 7. Epist. 1. *Delitiae verò tua nōster*

*Aesopus eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes homines licet. Is iurare cum cœpisset, vox eum defecit in illo loco; si sciens fallo. Quia in re tanta superstitione obligabantur, ut minima quæque & horrearent, & obseruarent.*

Vnde & illud Suetoni in Nerone caput. 24.

*In quodam tragico actu cum elapsum baculum citio resumpisset pauidus, ac metuēs ne ob delitium certamine summoneretur; non aliter confirmatus est, quam adiurante hypocrita, non animaduersum id inter exultationes sucolamationesque populi.*

cicero.

suetonius.

A V T P V E R I L L E P A T R I M V S , E T M A T R I M V S S E T E R R A M N O N T E N V I T ,

A V T T H E N S A M , A V T L O R V M O M I S I T .

Quē locū quod ad ritum attinet terrā tenendi, nemo haētenus, quem ego viderim, attigit.

Turnebus in suis aduersarijs ad morem tangendi terram hoc refert? quam certè coniectu-  
fam, antequam eorum copia mihi facta esset, tametsi non omnino probaueram, feceram ta-  
men, fretus hac ratione: quod hic de ludis Me-  
gales iacis mentio fiat, in quibus magnæ Matri  
Deorum sacrificia, ex veteri ludorum religio-  
ne, & consuetudine recipiunt. Cūm autem in  
eiusmodi sacrī ritus, tangendi terrā usurpatus  
sit, vt auctor est Macrob. lib. 1. cap. 9. non vide-  
tur absurdū intelligere ludos violatos, si sacri-  
ficia rite facta nō essent, quod certà tū accideret

Terrā tenere

Turnebi sen-  
tentia.

cūm

cum à puerō (qui etiam olim adhibiti ad sacra) ritus ille tangendi terram prætermisſus eſſet. Nam quod alicui dubiū facere poſſet, ſit ne te-

*Tenere idem* nere terram idem quod tangere, non obſcure  
*quod tangere* docent auctores. Virg.

Virgiliiſ. *Talibus orabat dictis, arasque tenebat.* Item.

*Tango aras, medios igneis, & numina teſtor.*

Sed hic nimis religiosus aliquis objiciat, aliud eſſe, aras tenere, aut terram, quod in ſacrificijs fieret; aliud aras tangere, quod in ſacramētis ſuſcipiendis rituque iurandi; de quo Virg. ultimum verſu. Sed is audiat Ciceronē pro Flacco. Ergo is, qui ſi aram tenens iuraret, crederet ne-  
pe per epiftolam quod volet iniuratus probabit.

Cicer. Verum cum hoc loco Cicero de ludorum cauſis violatorum generatim proposuerit, aliud me conuerti, & dixi quærentibus a me viris eruditis videri, Terram tenere nihil eſſe aliud, quam conſtare in gradu, & loco, non labi, non corrueſſe. quemadmodum enim iter, curſum

*terram tene-  
re hoc eſt sta-  
re loco, & or-  
dine.*

Cicer. tenere idem eſſe, quod non aberrare, non iuſſiſte-  
re; & locum etiam ac ſedem tenere dicuntur,  
qui aut non omiſerunt, aut amiferunt, aut ab ea pulſi ſunt; ita terram tenere, hoc eſt, iter rec-  
tum per viam ſine vlla prolapsione tenere. Nā  
Tenere, interdum proſtare, & inniti, Cicer. ad Attic. lib. 12. Nunc fatemur, poſtea quam unū,  
quo tenebamur, amifimus. Ita, Terram tenere nō  
potuit. Noſe pudor tener en pie, cayo. Tanta e-  
nim ſuperſtitio veterum animos imbuerat,  
ut putarint piaculum eſſe commiſſum, ſi inter  
ambuiandum puer collaſpus eſſet, aut à loco,  
ordine,

ordine, & statione defecisset. Prodigij enim simile habitum legimus, quod puer, qui victoriae cultu cerebatur in pompa, ferculo decidit! & lauream peruersis fascibus impositam. Iulius Obsequens in lib. de Prodigis,

*Iulius Obse-  
quens.*

*Puer in pompa victoriae cultu cum ferretur, ferculo decidit.*

*Lustrationi lictor peruersis fascibus lauream imposuit.*

Hæc cum dixissem Manutius mihi objicitur, cuius certè auctoritas me sola deterruisset, nisi censuisseм opinionem illam meam & ratione niti, & auctorum posse stabiliri sententia. Ille enim ut est ingenuissimè doctus, & doctissimè ingenuus, cùm in hunc locum incidisset: ita scribit. *Quid est terram tenere? equidem omnino legendum arbitrarer, si thensam non tenuit, aut lorum omisit, nisi mihi scrupulum injiceret Arnobius, qui lib. 4. scriptum reliquit: Commissum omnes statim in religiones damnatis sacras, si ludius constitit, aut tibicen repente coniourit; aut si patrimus ille, qui vocatur puer omisit per ignorantiam lorum, aut terram tene- renon potuit.* Nam & si terram tenere quid sit ignorare me fateor, & planè suspicor de mendo: mutare tamen cum in duobus locis eodem modo scriptum videam, non audeo, neque hanc difficultatem tollit Plutarchus, quamquam hoc de genere ludorum aperte agat in Coriolano, Hæc tenus ille. Addubitare me coegit tanti viri auctoritas, sed cum in Arnobium inquirerem, qui Manutium ab emendando continuit, inci-

*Manutij sen-  
tentia,*

in eum locum, quem maximè optabam. Is est è lib. 6. ubi ipse se explicat, docetque terram tenere non posse, nihil esse aliud, quam labi atque concidere, ut supra dixi. Arnobius igitur sic. *Quis est Deus qui existimat eos fuisse, aut esse qui credat, qui nascendi habeant saeundi, uanram, &c. Qui offendit se doleant, & suis honoribus derogatum si paulisper constiterit lydus, interquicuerit ubi confessus, puer ille maiorinus decadat fortuito aliquius instabilitate prolapsus.*

Vides, ut terram tenere non posse, interpretetur Arnobius prolabi, ut nos supra respondimus. Firmat sententiam Suet. in Iulio Cæsare cap. 59. *Ne religione quidem illa a quoquam incœpio absterri? umquam, vel retardatus est. Cum immolanti us fugisset hostia, profectionem aduersus Scipionem & Iubam non distulit. Prolapsus etiam in egressu nauis, verso ad melius omne, Teneo te, inquit, Africa. Alioqui enim illud erat omen: qui terram tenere non potuerat, ne Africam quidem tenturum. ille aliter interpretatus est; se terram tenuisse manibus, quemadmodum & Africam erat in manibus habiturus. Rem Xiphilinus ita narrat in Iulio*

*Cumque è naui egredereatur, forte evenit, ut in terram caderet: quem ut milites conspexerunt, ipsi animis conciderunt, atque grauiter ferentes tumultuati sunt. Cæsar ne dubitauit quidem, sed porrecta manu, quasi de industria cecidisset, terram apprehendit; dein eam osculatus, Teneo te, inquit, Africa. Similis dicendi modus in lege*

*Arnobius.*

*Suetonius.*


*Teneo te Africa.*

*Xiphilinus.*

*Lex Iulia  
Maiestatis.*

*Julia Maiestatis. ff. de custodia & exhibit. reorum.*

rum. Qualis est ille, qui imbellis cesserit, aut arcem non tenuerit, aut castra concesserit. Hoc est, qui non substiterit in arce; qui quasi sponte cederit, locumque & arcem hostibus permisserit. Nihil ergo duditabis, quin haec sit vera & germana huius loci explicatio; prosequor reliqua.



## C A P V T . I I .

*Ritus & Religio in contingendis theniarum funibus, aut vittis rerum sacrarum. Thenas qui ducebant: deducebant magistratus coronati in ueste, Augustissima. Verba & nutus in sacrificijs obseruata. Eorum varij ritus, & formulae.*

**A**VT THENSAM, AVT LORVM OMISIT. Patrimi illi pueri ut ad sacrificia, ita etiam ad pompam in ducendis thensis adhibiti. Sed ducebantur Thenae ab equis: deducebantur a magistratibus, & sacerdotibus, quorum ministri pueri, ut ex Macrobio constat. Thena autem vehiculu est argenteum siue eburneum, ut placet Festo Pomp. quo Deorum simulacra portabantur. Asconius, *Thenas, inquit, alij a Asconiu.* Diuinitate dici putant: alij quod ante ipsas lora Thensequid. tenduntur, que gaudent manu tenere & tangentes, qui deducunt. Qui deducebant, in triuphali Deduclores in ueste triu phali.

veste ibant. Liuius.lib. 5, Dec. 1. Quæ augustissima vestis est thenfas ducentibus, triumphantibus ve. Tertull. De corona milit. Proferuntur etiā illis Etruscae. Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis, & folijs ex auro queruginis, ob 70. Themfas sep-  
tenuiri curat. nūem insigines, ad deducendas thenfas cum pal-  
matis togis sumunt. Earum procuratio ad sep-  
temuiros epulonum pertinebat : ita Cicero  
hoc loco ad Lentulum. Te appello Lentule, iui  
sacerdorij sunt thenfa, curricula, præcentio, ludi,  
libationes, epulaq, luctorum publicorum.

Suetonius.

Res sacras tā-  
gere pars rel-  
gionis.

Virgiliius.

Honorificum hoc manus deducendarum thenfarum suscepimus etiam ab Imperatoribus Sueton. in Vespas. cap. 5. Nunciantur & ex urbe presagia. Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut thensam Iouis Opt. M. e. Sacrario in domum Vespasiani in circum deducerent. Thenfae itaque cum dederentur, sacerdotes, & pueri illi patrimi manu tenebant, quæ pars quædam erat religionis, quem more in ferendis, tangendisque rebus sacris. Vir. significauit lib. 2. Aeneid.

*Circum pueri, innuptæq, puellæ  
Sacra canunt ; funēmque manu contingere  
gaudent.*

Cornelius Tac.  
itus.

Nec dissimile illud Taciti lib. 4. cum primum lapidem in Capitolij fundamenta rite coniectum à Sacerdotibus narrat. Tum Helvidius praetor preante Aeliano Pontifice lustrata suo ue tunrilibus area, & super cespitem editis exitis Fouem, Iunonem, Mineruam, presideq, impe-  
ri Deos precatus, viucepta prosperarent, sedes que

que suas pietate hominum inchoatas diuinā ope  
attollerent; vittas quibus ligatus lapis, innexiq<sub>z</sub> <sup>Vitas contine-</sup>  
funes erant, contigit. Simul ceteri magistratus, &c.  
& sacerdotes, & senatus, & eques, & magna  
pars populi, studio, letitiaq<sub>z</sub> connixi saxum ingēs  
traxere. Sinon apud Virgil. de Palladio ablato.

Corripuere sacram effigiem, manib<sub>z</sub>sque  
cruentis

Virgineas ausi Diuīe contingere vittas.  
Quin & hominum etiam vestes tangere olim <sup>Vestē tāgere;</sup>  
soliti videntur Græci, maximè illorum, quos  
proximè Deos venerabantur, cuiusmodi Re-  
ges ac principes ciuitatis: qui inesse etiam in  
illorum vestibus vim aliquam Diuinam arbi-  
trarentur. Narrat Athenæus lib. 5. cap. 11. A-  
thenionem tyrannum: hoc honoris generē  
affectum ab Atheniensibus, cum legationem <sup>Athenæus.</sup>  
suam ad Mithridatem renunciasset. Postero  
autem die plurimi domum illius accedentes,  
eius accessum expectant, &c. Hic vix tandem  
ys, qui populi gratiam inire studabant circum-  
septus accessit, omnibus vel vestem ipsam tan-  
gere studentibus. Si qui igitur eorum qui dedu-  
cebant, thensam, aut lorum ē manu demiserat,  
commissum piaculum putabatur, vt Cicero  
docet. Quā in re tam ingens superstitione, vt si  
non dextra, sed sinistra lorū auriga etiam in-  
uitus corriperet; violatam pompam, & ludos  
existimarent. Plutarchus in vita Coriolani.  
Nam olim thensam ducentibus equis, cūm unus  
eorum attonitus resilisset, auriga habens manus  
sinistram corripuit, quo circa eam denudò pompam

decretum. Inferioribus temporibus unicum trigesies actum accepimus sacrificium, quod aliquis semper aut error, aut scrupulus intercessisset. Alia exemplaria non lorum, sed locum habent. Iam ad alteram partem.

**A V T S I A E D I L I S V E R B O , A V T S I N V T V A B E R R A V I T .** Duas hic locus partes continet: primam de errore verborum, secundam de nutibus; si tamen nutu potius, quam quid aliud legendum, ut postea dicemus. Nunc de verbis. Verbo Aediles aberrare poterant, quoniam certa erant in precationibus, sacrificiisque adhibeda carmina; sic enim appellatur conceptilla verba, quibus obsecrationes, deuotiones inaugurationes, bellorum inductiones, pactiones foederum, nuncupationes votorum, capitis damnationes, etiam sacramenta, & alia eiusmodi concipiuntur. Ergo ne quis sacra faciens. Deosq; ritè precans laberetur in verbo, eiique fraudi esset, verba concipiebat; id est, dictata accipiebat, repetebatq;. Is antē qui pronunciatur formulā precationis dictabat præire verba dicebatur.

*Verba concipi-*

*pere.*

*Qui mos etiā*

*nun̄s.*

*Demosthenes*

*Plinius.*

morē etiamnū seruamus, cū aut Principes solēni sacramēto profitemur, aut sacris initiamur, prœente verba pontifice; aut cum quidquam per præconē indicimus, cui scriba verba cōcipit, vti apud Græcos, Demosth. apud Budæū in pandect. Cum scriba officio fungetur, ipse apud vos pronuncianti præconi legis huius verba praibat. Rem totam sic Plinius lib. 28. cap. 2. Vidimus certio precationibus obsecrassę summos magistratus, & nequid verbo-

verberum prætereatur, aut præposterū dicatur,  
de scriptio preire aliquem, rursumq; alium cuf-  
tadē dari; qui attendat; alium verò præpo-  
ni qui faveri linguis inbeat; tibicinem ca-  
nere, nequid aliud exaudiat; viraque me-  
moria insigni: quoties ipsæ Diræ strepentes no-  
cuerint; quotiesve precatio errauerit; sic repen-  
tē exiis ad mi capta, vel corda, aut geminari,  
victimastante.

Hic tu quam superstitione verba obserua- Ammianus  
Marcellinus.  
rint, vides in primis. Ammianus Marcel. lib. 7.  
piaculum committi dicit ex Ritualibus, Pon-  
tificijsque libris, alio Deo, pro alio nominato. Fanor & bo-  
na verba in  
sacrificijs.  
Hinc silentium, & fanor, & bona verba in sa-  
crificijs imperata, nam malis nominibus, aut  
barbaris vocibus religio peraertebatur. Plutar. Plutarchus.  
in lib. de superstitione. Nos quoque postulamus,  
ut recto & iusto ore Deum inuocetis, neque in  
hostia quidem examinetis, an pura sit & recta  
lingua; interim verò vestras ipsorum linguas  
peruerientes, & inquinantes absurdis nomini-  
bus, & barbaris vocibus fœderis, ac perueratis  
diuinam atque à maioriis acceptam religionis  
auctoritatem.

Idè profani à sacris arcentur, nequid sacer- Profani car-  
dotes profanum, aut quid illi sacrum audirent. à sacris ar-  
ceantur.  
Tanta verò huius rei veteres religio tenuit,  
ut eius cōtemptio, duobus iuuenibus Acarna- Hū interessa  
nibus, qui non initiati sacrarium Cereris in- capitale in  
ierant, non minus quam vita ipsa constiterit. terdum fuit.  
Aucto Liu. Epitom. lib. 31. Ideò Hymni, & Hymni &  
laudes in sa-  
cristicijs quāz  
obrem.

sicandum; ut & Dij mulcerentur, & circumstan-  
tium animi tenerentur, ne aliud agerent. De  
sacrorum formulis satis multa Briffonius, non  
describo. Quare recte Cicero ludos non rite  
factos dicit, si ædilis verbo aberrarit: hoc est, si  
sacrorum carmen non rite prouinciarit, aut  
lingua, ore ve non fauerit, aut alium pro alio  
Deum nominarit.

Avt si nvt y. Sic legunt ferè omnes libri,  
quamquam Arnobius Sympulo, vel vt alij  
Sympuvio legit. Cum igitur ex his, quæ dixi-  
mus, satis constet silentium in sacris sanctè ac  
religiose seruatum, fieri potuit, vt ij qui  
præcessent, ne verbis sacra turbarent, nuti-  
bus si qui opus esset, significarent: nutus pueri  
obseruarent, discerētque, quibus in rebus ope-  
ram suam nauarent sacrificantibus. Atque ita  
nutu etiam quemadmodum & verbo aberrari  
*Error etiam* potuit; si non quomodo, aut quando oportuit,  
*in nutibus.* aut quod oportuit, annuit, tunc enim qui im-  
peria caperent, in errorem inducerentur, & sa-  
crorum ordinem perturbarent. Nec minor hac  
in re, quam in alijs superstitione: nam & velatis  
capitibus sacris operabantur, nequid profanū  
aut impurum aspicerent, ne vequid oculis ob-  
uersaretur, quod aut mentis attentionem, aut  
sacra turbaret. Ita Seru. in illud Aeneid. 3. de  
hoc ritu.

*Saturno sa-  
cra fiunt a-  
perto capite.*

*Ne qua inter sanctos igneis in honore Deorū  
Hostilis facies occurrat, atque omina turber-*  
Saturnum excipio, cui aperto capite sacram  
fiebat; de quo Macrob. lib. I. Satur. cap. 10. Her-  
culem

*cur capite  
relato sacri-  
ficarent.*

*Virgiliius.*

culm, etiam addo ex eodem, lib. 3. cap. 7. Sed hoc de ritu tam multa passim reperias, ut putidum sit plura colligeret. Hoc tantum dico, eo progressam veterum superstitionem, ut pollui putarent eos, qui cum ad sacra pergerent, inse-  
 pultum cadauer cōspexissent, nisi tenuem pul-  
 uerem iniecissent; ut est apud Sophoclem in  
 Oedipode Tyranno & alijs. Quin & statuas  
 ipsas velabant ne cædem aspicerent, aut pro-  
 fusum sanguinem gladiatoriū. Dio lib. vltimo  
*Funesti pollu-*  
*ti.*  
*statua cur*  
*relate.*  
 Claudius delectabatur gladiatoriis, & præ-  
 seritum meridianis. Ideo plerosque seruos, qui  
 Dominos sub Caio & Tiberio calumniati erant,  
 hoc modo perdebat. Eorumq[ue] tantus fuit nume-  
 rus, ut Augusti statuam eo loci positam iusserit  
 transferri; ne aut semper adspiceret cædes, aut  
 semper velata esset.

Si autem Sympulo, aut Sympuio legas: eo  
 etiam aberrare sacerdos potuit, si vinum, lac,  
 mel, oleum pro sacrorum ratione, non quo té-  
 pore, aut quatenus oportuit, neve in quas res  
 oportuit, aut plus, minusve quam oportuit, fu-  
 dit. Sympuum enim vas paruum est; unde  
 & fœminæ diuinis rebus deditæ sympulatrices  
 vocantur.

*sympulo ab-*  
*errare.*

### C A P V T III.

Instauracionis altera causa subitus motus, fu-  
 nus, supplicium de nocēte sumptum. Deos nō  
 animos sacrificantium modo, sed victimas lu-

bentes, hilaresque exposcere. Sumptum id ex nostris litteris. Ex his locus explicatus.

*Ludi cur intermissi.*

*Cicero.*

*Lugentes sacris abstineat.*

*Zinius.*

*Itē funestis.*

*Zinius.*

**S**I LVDI AB LAETITIA AD METVM TRADVCTI SVNT. Diximus summam in sacris faciundis attentionem à veteribus requisitam. Ex eo igitur factum est, ut quia illi quibus aliquis terror impendet, animo præsentि & integro esse non possunt, sed turbato potius, in variaq; distracto; idē non ritè factum putarent, quod in subito præsertim motu factum esset. Quare si quis inter sacrificandum, ludorumue ordinem inauspicatus, tristisve nuntius afferretur, intermittebantur. Cic. lib. 1. de Diuinat. Cūm bello Latino ludi votui maximi primum fierent, ciuitas repente ad arma est excitata. Itaque his ludis intermissis, instaurati consituerunt.

Lugentibus præterea sacra facere fas non erat. Liu. lib. 2. Dec. 3. de clade Pop. Rom. ab Annibale ad Cannas accepta. Tū priuata quaque per domos clades vulgata sunt, adeoque totam urbem opplicuit luctus, ut Sacrum anniuersarium Cereris intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas: nec vila in illa tempestate matrona expers luctus fuerat. Itaque ne ob eadem causam alia quoque sacra publica, aut priuata desererentur S. C. diebus; 3. luctus est finitus.

Sed nec funestis. Idem Liu. Dec. 1. lib. 2. de Iouis Capitolini dedicatione Horatio Cöfili commissa. Aegrius quam dignū erat tulere Välerij

lerij necessarij, dedicationem tam incliti templi  
Horatio dari. Id omnibus modis impedire co-  
nati, postquam alia frustra tentata erat: postē iā  
tenemur Consuli, fœdum inter precationem Deū  
nuntium incutium, mortuum eius filium esse; fu-  
nestaque familia dedicare eum templū nō posse.

Supplicium etiam nocentis ludos & sacra suppliciū de-  
polluit. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 2. Anno enim <sup>nōcēte sump-</sup>  
<sup>post Romam conditam. 373.</sup> Atronius quidam <sup>tū ludos pol-</sup>  
<sup>luit.</sup> Maximus, seruum suum verberatum, patibulo <sup>Macrobius.</sup>  
constrictum, ante spectaculi commissionem, per  
circum egit: ob hanc causam indignatus Jupi-  
ter Annio cuidam per quietem imperauit, vt se-  
nunī nūciaret, nō sibi placuisse plenū crudelita-  
tis exemplum. &c. Exsenatus itaque cōsulto, &  
Menā lege ad propitiandū Iouē aditus est illis  
circēsibus dies: utaq; instauratiū dictus est.

Nempe quia instaurati ludi, & quasi reno-  
uati, vt interpretatur ipse Mac. Liu. rem narrat  
lib. 2. Dec. 1. Ludi forte ex instauratiōne magni Liuīus.  
Rome parabātur. Instaurādis hac causa fuerat  
luas. Mane seruum quidam pater familie nō dū  
comissospectaculo sub furca cæsū medio egerat  
circo. Cæpti inde ludi, velutē ares nihil ad reli-  
gionem pertinuisset, &c.

Festis enim diebus ne vincire quidē hominē Homines vi-  
licuit: vt alibi docui: in his nihil triste, nihil lu-  
gubre fieri. Dij lubētes hilaresque ad se venire  
homines pariter atq; victimas volebāt. Dixi de <sup>etimāque ad</sup>  
hominibus: de victimis res etiā nota: quas non  
satis erat nō reluctari. sed etiā annuere sacrifi-  
cio. Myrti. l. 2 rērū Lef. Nā sanè sacerdotes aquā  
<sup>Deum lubē-</sup>  
<sup>tes veniant.</sup> Myrtillus.

infundere in aurem victimæ consueuerunt, ut illa annuat illis sacrificijs.

*Virgilius.*

Ducebantur autem victimæ non trahebantur & atq; admotæ stare debebant. Virg. 2. Georg.

*Et duximus cornu stabit sacer hircus ad aram.*  
Sed nihil hac in re moror, quam plerique vberius docenr: addo tamen hunc morem siue etiam persuasionem è nostris litteris ad illos derivatam. Nos enim ita intelligimus sponte, non coactos debere homines ad Deum acce-

*dere. Paul. 2. Corinth. 9. Vnusquisque autem pro-*

*rimit 9. vt destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut,*

*necessitate, hilarem enim datorem diligit Deum.*

*Ita monet Regius vates Psal. 99. Servite Do-*

*Ecclæsiast. 35. mino in latitia. Sapiens autem Ecclesiasti. 35.*

*Bono animo gloriam redde Deo: in omni dato*

*hilarem fac vultum tuum; & in exultatione*

*sanctifica decimas tuas. Qui adorat Deum in*

*oblectatione, suscipietur; & deprecatione illius us-*

*que ad nubes propinquabit. Et sunt certe ex vi-*

*ris doctis, qui ad hunc morem victimarum il-*

*lud ex sacris interpretentur, Placebit Deo su-*

*per vitulum nouellum, cornua producentem &*


*ungulas. Hoc est ultra ac sponte extendentem:*

*Que de su hana tiende la mano y alarga el cuello*

*para que el sacerdote corra el cuchillo. Quem-*

*admodum Isaac fecit. Sed verius opinor ad*

*ætatem vituli referri oportere.*



C A P V T   I I I I .

Quæsum secundo de Luctu, cur ab eo in sacris abstinen-

abstinēdum. Plutarchi hac de re faceta nar-  
ratio, Ludi intermissi. & perempti, quandū.  
Dies funesti qui.

**E**s & alia ratio cur in luctu Sacris abstinē-  
dum putarēt: quod nulla sit mali cum bo-  
no communio; malum autem luctus, bonum  
dij, eorumque cultus. Quare nullum debet sa-  
craū esse cum luctu commercium; quem Plu-  
tarclius inter inhonoros Dæmones numerat *Plutarchus.*  
Is enim in Orat. Consolat. ad Apollonium ita  
scribit. *Quod si luctus bonus est: quam plurimū ipsum efficere, ac maximū decet: sin vero ut veritashabet, malum esse fatemur, eundem contrahere ac pro viribus delere oportet.* *Aiunt enim ex veteris philosophis quendam ad Arsinoem Reginam, quæ filium lugebat profectum, huiusmodi habuisse orationem.* *Quo tempore Iuppiter honores Dæmonibus partiebatur, accidit ut luctus non adesset, sed iam distributus accederet.* Verum cum & ipse à Iove peteret, ut aliquis si-  
bi quoque honos daretur, ambigens Iuppiter quo ipsum honore afficeret, omnibus iā absumpis, eo tandem quo defunctos prosequimur donauit ho-  
nore, lacrymis scilicet ac doloribus, *Quemadmo- dum igitur ceteri Dæmones eos summopere di-  
ligunt à quibus coluntur, eodem pacto & luctus,* O mulier, si cum spreueris, ad te nunquam ac-  
cedet, sin autem à te fuerit honoratus, ijs, quos assecutus est honoribus, doloribus videlicet atq;  
enlatibus te amabit, &c. Quare nihil mirum si hi, qui malos & inhonoros Dæmones cole-  
rent,

*Bella de lu-  
ctu narratio.*

*Luctus in ho-  
noros Dæmō.*

& inhonoros Dæmones colerent, à Deorum arcerentur cultu, qui maximè bonus. Satis videor dixisse de luctu; plura fortasse dicturns, nisi satis hæc pars de instauratione litterarum habet. nunc ad id quod superest,

*Ludi inter-*

*missi.*


*Intermissio  
ludos non ri-  
Etat sed omis-  
fio.*

S I L V D I N O N I N T E R M I S S I S , S E D P E R E M T I A T Q V E S V B L A T I S V N T . Intermittere interdū idem valet, quod ad tempus omittere; inchoatum aliquod opus in aliud tempus absolvēdum, perficiendū inque rei scere. Ita Cicero. Et si ego id tempus intermisseram potius quam misseram. Terent. in Adelp. Potius quidem tam hic aderit, nam nunquā vñ intermitui d̄em, quin semper veniat. Nec huiusmodi intermissione violari ludos dicit; nā cūm per quinque, sex, & amplius dies ludos factos historiae tradant, intelligendum est eos intermissos quietis nocturnæ causa, & sine fraude dimitti cœtus hominum potuisse. Quod ita accipiendo est, modò ne id culpa commissum sit. Etenim quæ culpa contracta esset intermissione, piaculo luenda erat; id est, in instauratione ludorum. ita enim factum accepimus. cum bello Latino ciuitas ad arma repente concitata ludos intermisit, quos paci redditia postmodum instauravit. Hos autem ludos ita intermissos, id est, non co animo atque mente vt proximè repeterentur omissos, derelictosq;; perceptos appellat Cicerio atque sublatos. Si autem toti instaurandierant, nam alij partem solūm instaurabantur, vt alibi dicemus.

S I C I V I T A T I V N I V E R S A E E X T I T E R V N T

D I E S

DIES ILLI FESTI PENE FUNESTI. Huius loci sententia explicata proximè est, cù de luctu dicere. Sed addit Cicero nescio quid de funestis diebus: funesti autē ij sunt, quibus, aut procurādis funeribus, aut lugendis mortuis opera dabatur. Ita Liu. supra funestam familiam appellauit, cui funus eo die procurandū incidisset. Et Caius in L. si ex re. §. illud quæsitum. ff. de stipulat. setuorum. Quæratio illo argumento commendatur; quod hæredis familia, ex tempore mortis funesta facta intelligitur. Ita Cicero: si dies festi funesti facti sunt; id est populus à festi dies usque spectaculis, à ludis, à sacris peragendis, ad funestos curandum; à lætitia ad luctum traductus est: iam dies illi non festi, sed funesti sunt. Si non festi, ergo ludi nō ritè facti, qui festis diebus celebrari debent. Si non ritè facti, ergo instaurandi. Nō dicam plura de instauratione.



## C A P V T V.

Ciceronis Locus de pecunia & gratia debitio  
ne planè & plenè explicatus. Beneficium aliud  
esse, aliud rem in qua hæret beneficij nomen:  
sq; aliud gratiam, aliud mercedem beneficij  
dissoluere.

**L**ocus est in oratione, quam habuit  
Cicero post redditum ad Quirites,  
præclaram continens sententiam, &  
paulo

paulo reconditiorem doctrinam quam vt le-  
*ciceronis lo-*  
*eius post redit.*  
*ad Quirites.*  
*pro Plancio.*  
 uiter eruditis assequantur. In eo tantum sibi Ci-  
 cero placuit, vt non satis habuerit semel in o-  
 ratione ponere; posuit etiam tertio. Ad Quiri-  
 tes igitur sic. *A*ique in officio persoluendo dis-  
 similis est ratio, & pecunia debuta: propterea quod  
 pecuniam qui retinet, non dissoluit; qui reddidit

*Et. 2. Offic.* non habet: gratiam & qui reculit, habet; & qui  
 habet dissoluit. Quod iisdem pene verbis in o-  
 ratione pro Plancio repetit. *D*issimilis est debi-  
*Habere & re-*

ferre gratiam.  
*Seneca.*  
 tio pecuniae & gratiae: nam qui pecuniam dissol-  
 uit, statim non habet id, quod reddidit, qui au-  
 tem debet, is retinet alienum: gratiam autem &  
 qui refert, habet; & qui habet, in eo ipso quod ha-  
 bet, refert. Eadem sententia in. 2. lib. Offic.

Commode autem quicunque dixit, pecuniam  
 qui habeat, non reddidisse; & qui reddiderit non  
 habere; gratiam autem & qui reddiderit habe-  
 re, & qui habeat reddidisse. Sunt qui pueriliter  
 existiment nihil hunc locum præter meram  
 vocum significationem, penſi continere: vtha-  
 bendi verbum ad animum, referendi, ad rem  
 ipsam quæ redditur, pertineat quod si in aliqua  
 parte verum sit, in illa certè. *G*ratiam & qui  
 reculit, habet; vt probare possint, non video.  
 nam & referre potest, quin habeat; vt si quis  
 coactus, aut iniuitus mihi quantum accepit,  
 tantundem reddat; is gratiam reculit, quoniam  
 compensauit beneficium; non habuit, quia nō  
 ex animo gratus, *R*ectè Seneca lib. 6. de Benef.  
 cap. 7. *S*i quis autem coactus aliquid boni fecit,  
 quin nos non obliget, manifestius est, quam ut  
 vlla

ulla in hoc verba impendenda sint. Quare aliam *Explicatur  
locus.*  
ego rationem ineo. Cùm enim grauissimè vi-  
tuperari dixisset eum, qui in tantis beneficiis,  
quanta ipse à Populo Romano accepisset, re-  
munerandis tardior esset: neque ingratum  
modò, quod ipsum graue est, sed etiam im-  
pium appellari; hac se ratione consolatur; quod  
etiam in summa tenuitate non difficile sit officium  
persoluere, ac referre gratiam. Ex con-  
tentione itaque per dissimilitudinem gratiæ, &  
pecuniæ debitæ rem ipsam ostendit: propterea  
quòd, *El que retiene el dinero, no paga: y el que  
paga, queda sin el: mas el quo haze algun beneficio,  
el se queda con el: y el que lo recibe, por el mes-  
mo caso que lo recibe, lo retorna.* Paradoxon pu-  
tes, sed re vera non est: explico singula.

GRATIAM ET QVI RETVLIT,  
HABET. Dixi oculos esse hebetes, qui non  
plus hoc loco videant, quām quod Grammati-  
ci de potestate verborum præcipiunt: & ha-  
buisse ex animo gratiam potent, qui altera gra-  
tia compensauit. Cùm tamen non grato animo  
referri etiam beneficium possit: ac tum quidem  
non beneficium, sed merces beneficij soluitur:  
Quòd autem is, qui retulit beneficium, ipse ha-  
beat, non solum quod ante accepit, sed quod  
ipse facit, aut dat: videbit is, qui vt aiebat Seneca,  
in animis, non in externis rebus beneficia  
collocata esse cognorit. Non enim res, quæ do-  
natur, beneficium est; sed ipsa donantis actio,  
quæ ab illo tolli non potest. Ita Seneca lib. 1.  
de Benef. cap. 5. *Beneficium eripi non potest, non res, sed actio.*

*Beneficij mer-  
ces aliud à  
beneficio.*

*Beneficia in  
animis, non in  
aliis rebus.*

*Seneca.*

enim res est, sed actio. Et paulò post: Potest eripi  
domus, & pecunia, & mancipium, in quo ha-  
beneficij nomen; ipsum verò stabile, & immo-  
num.

M. Antonij est. Quare egregie M. Antonius apud Rab-  
pulerè dictu. rium Poëtam, cùm fortuna sua excidisset, ac  
nihil sibi relictum videret, exclamauit: HOC  
HABEO QVOD CVMQUE DEDICAR. Quein sequutus Martialis.

Martialis.

Exira fortunam est quidquid donatur amici,

Quas dederis faslas semper habebis opes.

Iam verò voluntatem ipsam beneficiandi, aut  
actionem etiam beneficio ponì, quis tam ca-  
cicus, ut non videat tam stupidus, ut non intelli-  
git? Nam tametsi res ad nos non peruenient,  
ipsa pro beneficio est. Enim uero qui mille tibi  
aureos è fenestra in manus demiserit, aut seruo  
dederit deferendos, tametsi ad te non peruen-  
tint, siue quia seruus, siue quia fur alius ante-  
nertit; dubitari non debet, quin is te beneficio  
obligat.

Qui habet, vt  
diffidat.

ET QVI HABET, DISSOLVIT.

Quam frigidum si hoc solum velis, qui gratus  
ex animo sit, beneficium dissoluisse. Tametsi  
hoc verum sit in eo, qui aliter non possit: nam  
si possit referre gratiam, & tantum habeat, non  
dissoluit. Hoc mirum, qui accepit beneficium,  
in eo ipso, quod accepit, retulit, ac dissoluit.


Seneca.

Beneficium, inquit Seneca, dedit, accipi, non  
aliter quam ipse accipi voluit; iam haber quod  
petit, ego gratus sum. Et lib. 2. cap. 33. multo  
ne accipiendo clarius: taque cùm benignè acceptum est bene-  
ficiolum soluerit, cum, qd qui dedit, gratiam quidem iam recepi,

mcy

mercedem nondum : debedo itaque quod extra  
 beneficium est : ipsum quidem bene accipiendo  
 persolui. Cur ita? An quia? Beatus est dare, *Cur ita sit.*  
 quam accipere? Et quæ maior beneficij merces? *Actor. 20.*  
 Quæ amplior compensatio , quam beatitudi-  
 nis incrementum? quam agnoscere eum , qui  
 recepit , beatiorem esse alterum , à quo ac-  
 ceptit. Res itaque cùm datur , beneficium da- *Res donata nō*  
 tur , si libenter id fiat : sed donum non benefi- *beneficiū , sed*  
 cium est , sed quasi tessera , & titulus beneficij. *titulus bene-*  
*ficij.*  
 In eo enim , ut dixit Seneca , hæret beneficij  
 nomen. Res item , quæ refertur , neque ipsa be-  
 neficium est , sed merces beneficij. Antonius *Antonius Iu-*  
*verò Julianus Rhetor honesti , atque amœni* *lianuſ Rhei-*  
*ingenij apud Agellium libro primo , cap. quar-* *tor apud Agel-*  
*to , absurdum , & nimis coactum fore aiebat , lium.*  
 si diceret Cicero : & qui debet , in eo ipso ,  
 quod debet , refert. Si nondum redditam gra-  
 tiam , eo ipso redditam diceret , quod deberet.  
 Sed longè secus existimauit Seneca libro pri- *Seneca expli-*  
 mo , de Benefic. cap. primo. *Reddit beneficius.*  
 cum , qui libenter debet. Hoc est , qui debere se  
 agnoscit , & voluntate saltem , & recordatione  
 gratus est. Iam igitur vides , quam dissimilis  
 sit ratio gratiæ , & pecuniæ debitæ : qui habet  
 pecuniam , non dissoluit ; qui habet gratiam , id  
 est , beneficium accepit , retulit. Alias enim non  
 aptè Cicero contendisset. Atque ex hoc certè  
 sensu dictum videtur illud Plinij ad Traianum  
 in Panegyr. *Imploratus adoptione , & accitus*  
*es . &c. Ita filius ac parens uno eodemque momen-*  
*to rem maximam inuicem præstitis. Ille tibi*

imperium dedit , tu illi readdidisti. Solus ergo adhuc , cui pro munere tanto , paria accipiendo fecisti , imo ultra dantem obligasti : communicato enim imperio sollicitior tu , ille securior factus es.



## CAPUT VI.

*Linea diues , tessera larga , & alia quædam ex  
Martialis epigrammate. De ludiis stellæ, lib. 8.*

**M**artialis Poëta peracutus & elegans , cum Stellæ Consulis magnificentiam pariter atque splendorem in editione ludorum , post Hyperboreum triumphum à Domitiano Cæsare relatum , scitissimo Epigrammate commendasset , hæc addidit :

*Omnis habet sua dona dies , nec linea diues*

*C ssat , & in populum multa rapina cadit.*

*Vbi Poëta morem sui seculi expressit , quo missilia post ludos ad populum spargi receptum fuit . Cuiusmodi autem missilia fuerint , paulò post in eodem epigrammate . Sed quid est linea diues ? Turnebus in Aduersariis lib. 29. cap. 9. Ego , inquit , interpretor gemmas , & margaritas , res j pretiosas in linea . Quemadmodum si linea margaritarum surrepta sit , dicendus est numerus : uerum si maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usu , eas j inscio viro perforasset , ut pertusis in linea uteretur , tenetur lege Aquilia . Mitti autem gemmas , & margaritas vel Tranquillus in Nerone prodidit cap. 2. Sparsa populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia , anum cuiusque generis multiplex*

*Mos missi-  
lition vetus.*

*Turnebus.*

*Suetonius.*

plex penus; tesseræ frumentariae, vestis, aurum, argenum, gemme, margarita, tabulae pictæ, mancipia, &c. Itaque lineam diuitem intelligit; *Linea diues.* quam Hispanæ dicimus, *Saltar de perlas.* Quod tametsi probabile videri potest: ego sic existimo, Poëtam priore illo versu nihil præcipuum ex missilibus, sed summam, & quasi caput amplificationis attigisse, quam à toto ad partes oratorio modo explicauit. Vniuersi enim totius rationem habent dona, quæ omnis dies sortitur: & linea diues, quæ non cessat; & rapina, quæ multa cadit in populum. Deinde ad partes aggreditur.

*Nunc veniunt subitis lascina numismata  
nimbis,*

*Nunc dat spectatas tesseræ larga feras.*

*Nunc implere sinus securos gaudet, & absens  
Sortitur dominos: nec laceratur avis.*

Quæ omnia diligenter Turnebus æquè atque eruditè explicauit. Lineam autem diuitem cum non cessare dicit Martialis, perinde est ac si dicat, nullam Stellæ diem abiisse, quin multa in populum diripienda spargeret; ut respexerit ad commune proverbiū: Nullam hodie lineam duxi: vel, Nulla dies sine linea: quod vulgo circumfertur. Diuitem aurem appellat, quod nummos, cæteraque similia populus raparet, quibus ditabantur: aut quæ ipsa per se pretiosa erant. Tesseram vero largam appellat, ut diuitem lineam, quia largè ac liberaliter promittebat.

*Lineam diu-  
tem non cessa-  
re quid.*

ELEGIES  
CAPUT VII.

*Aquam olim equis in cursu sparsum, & quare,  
Properijs locus aliter atque ab aliis explicatur,  
Aqua honeste interdum pro lotio.*

*Propertijs ver-  
sus explicati.*

**N**egotium multis exhibuit Propertijs ver-  
sus ex 4. Eleg. 3. de quo mihi etiam ne-  
gotium.

*Et disco qua parte fluat vincendus Araxes,*

*Quot sine aqua Parthus millia currat equus,  
Cur sine aqua currit? an quia sitis patiens? an  
quia vrinæ continens? Vtrāquæ pars suos habet*

*Iosephus Sca. authores. Sed Iosephus Scaliger, qui mihi in-*

*star est omnium, Eques, legendum putauit, ut  
sermo esset de tolerantia Parthorum, qui ad  
longam sitim exerciti. Sed si vulgata retineat-  
tur, censere aquam honeste pro vrina positam,  
eius saeculi more. Et aquam petere, & aquam  
sumere veteres dixisse, cum ad secessum irent.*

*Aqua pro  
urina.* Primum illud de aqua honeste pro vrina posi-  
ta, vulgi sermo, & scriptorum authoritas con-  
firmat. Hoc postremum de aquæ sumptæ signi-  
ficatione non probat Hieronymus Mercurialis  
lib. 6. Variar. cap. 6.

*Hieronymus  
Mercurialis.* Quod ad Propertium attinet, ego sic opi-  
nor, vulgatam lectionem satis probam videri,  
*Frigida equi  
confusa.* & morem exprimi antiquum, frigida equos ex  
cursu fatigatos conspergendi. Nam in Circen-  
sibus equos frigida perfundebant, si quando  
agitatione nimium incalcerent, si ut refrigera-  
ti ad reliquum cursum spiritus reciperent  
an

in quia frigoris repentina mortu, perinde atque calcari adhibito incitarentur? Praet nobis Vipianus in l.4. Athletas. ss. de his, qui notantur infamia. Lex ita habet: *Neque Christici, nec amatores, nec qui aquam equis spargunt.* Vbi Glossa: *Frigidam ut cuius currant.* Fiebat enim iudicium Romæ olim, in quo hoc siebat, & adhuc sit Constantiopolis. Iuuat etiam Sext. Pomp. lib. II. *Sext. Pompeius.* qui scribit: *Nasisternam genus esse vasiss. aquary quid. ansati, & patentis, quale est quo equi perfunati solent.* Eius vasis meminit Varro, lib. I. de re rust. *Varro.* Nonius Marcellus, & Fulgentius de obscuris vocibus ad. Calcidianum. Erasmus in Adag. *Frigidam suffundere*, tractum censet ab isto more. *Quamquam veterinarioris, siue mulomedicos,* ut ait Alciatus, lib. 6. Parerg. cap. 3. veritus, qui clamarent equos effrenescentes agitatione, à frigida perditum iri; ad aliam originem prouerbium reuocauit. Et adiunxit Alciatus aquam equis non ad vires refocillandas in cursu; sed in stabulis, aut intra carceres, ad ablucenda crura conspersam. Sed ego nihil muto, nec me veterinarij mouent sine ratione pugnantes. Scio aquam nimio calore solutis corporibus vertit effusam, natuum etiam interdum extinguere. Sed scio conspersam & vitiosum pellere, & confirmare natuum. Galenus in Aphorism. 21. libro quinto: *Nam aquæ frigide occursus aut vincit natuum calorem, aut colligit.* *Vincit quidem, cum debilis fuerit; colligit autem, cum fortis.* Cutem enim aut colligit. dulciorum facit. Hippocrates lib. 5. Aphor. 20. Hippocrates. *Aqua vita.* *Galenus.*


Galenus.

*Ulceribus frigida quidem mordax; cutem obdrrat. &c. Vbi Galenus: Non ulceraris autem non solum mordax non est, sed & cutem facit duriorrem, eius densando substantiam. Quis autem ignorat eos, quos animi deliquium cepit, aquæ*

*Ægyptij recēs aspersione restitui? Quin & ferunt Ægyptios natos frigidū recens natos pueros immergere in frigidam, immergunt.*

Galenus.

*tum ut calor ad ima receptus incrementa suscipiat, tum ut corpus ad temporis iniurias extrinsecus obdurescat. Galenus author est, qui lib. 3. de Sanit. tuend. & lib. 2. aquæ frigidæ hanc vim tribuit, ut claudat & cogat cutim, & corpus roboret: opportunè igitur, currentibus equis aspersa.*



### C A P V T VIII.

*Arcana salinae. Pallida vina; inferium quid? Proprietij locus ex Elegia 7. lib. 4. explicatus. Libandi in sacris formula. Mos vrendi ad verum extorquendum.*

**V**erecundiūs accedo ad hunc locum, siue quia Iosephus Scaliger grauissimus author medicinam ei fecit, quibus modis omnibus potuit, siue quia Muretus non attigit, qui multò hæc melius posset, puam ipse qui aggredior: siue quia ut est loci difficultas, in eo videar operam abusurus. Sed ut cohibeam sententiam meam, facere non possum, urgentibus præsertim grauissimis viris, inter quos Licenciatus Ille fonsus Esquera Diœcesis Cordu

Cordubensis pro Episcopo Visitator, ut pieta-  
te, ita doctrina atque eruditione maximè com-  
mendatus. Sed audiamus iam Scaligerum.

**L Y G D A M V S   V R A T V R.** *Mimesis*, inquit, <sup>Scaligeri sen-</sup>  
*ex persona nouæ amica, uratur lygdamus, quia*  
*consuluit Sagam Nomada super noua amica,*  
*qua fortasse ad eius interium spectabat, aut tale*  
*quid. Nam constat hoc velle Propertium. Sed*  
*cuiusmodi fuerit id pro quo lustrales salinas No-*  
*mias Saga mouerit, id vero neque scio, neque ad-*  
*modum refert utrum sciam, an nesciam. Dein-*  
*de quod sequitur Pentametrum ad Cynthiam*  
*refert, & pallida vina interpretatur vinum in-*  
*ferium, quod pallidum dici putat ob mortuos,*  
*ad quos pertinet. Primum igitur, quod ad mi-*  
*mem illam spectat, videtur sane omnino non*  
*necessaria. Nam Cynthia sola queritur adhuc,*  
*ut supra questa, & queretur infra, nouam sibi*  
*dominam successisse, &c.*

Deinde, quod pallida vina pro vino inferio  
 accipit, addubitate cogor. Nam tametsi verum  
 sit quod ab Homero traditum est, nigro vino  
 rogos extingui solitos; & mortuorum sepul-  
 cris lac, mel, aquam, vinum inferri; & putasse  
 veteres inferij vini odore, animas elici ad bi-  
 bendum; non existimo inferium vinum illud  
 tantum esse, quod mortuis libaretur, sed quod-  
 cumque aliud in sacris usurpatum in Deorum  
 honorem. *Nam inferio*, inquit Trebatius, *ver-*  
*bum, ea causa est additum, eaq[ue] ratione profer-*  
*tur, ne vinum omne omnino quod in cellis atque*  
*apotheccis est conditum, ex quibus illud, quod ef-*

*Vinum infe-*  
*rium.*

*funditur promptum est esse sacrum incipiat, & ex usibus eripiatur humanis.*

*Arnobius.*

*Libelli in sa-  
triis formula.*

*Seruius.*

*Cato de re  
rustica.*

*Pallidum vi-  
num quare.*

Et certè inferium ego vinum non ab inferiis defunctorum, sed ab inferendo dictum opinor. Ita Arnob. lib. 7. M A C T V S H O C V I N O I N F E R I O E S T O : quid est aliud, quām dicere, tantūm esto mactus, quantum volo; tantūm amplificatus quantum iubeo; tantūm honoris assumito, quantum te habere decerno, & verborum circumscriptio ne definio. Vbi satis aperte videoas inferium vinum non pallidum vinum esse tantūm, quod mortuis funderetur; sed quocumque aliud, quod Diis libaretur: ut sit inferium idem quod illatum. Seruius in 9. Æneid. *Vt in Ponti-  
cibus aicebant Deo, M A C T E H O C V I N O I N F E R I O E S T O .* Cato de Rustic. cap. 134. Postea Iano vinum dato sic: Iane pater, ut te strue commouenda bonas preces bene precatus sum, eiusdem rei ergo macte vino inferio esto. Et cap. 132. Ioui Dapali vinum ita pollucere monet. *Jupiter Dapalis macte istace dape pollucen-  
da esto. Macte vino inferio esto.* Inferium autem vinum sibi nequaquam datum ipsa etiam Cynthia proximè questa ita est.

*Hoc etiam graue erat nulla mercede His-  
cynthos*

*fruicere, & fracto busta piare cado.*

Nec pallidum quidem ob mortuos appellatū, sed ob insidias sibi structas & pallorem quem induxit, poeta ipse non innuit, sed dicit. Iam ad locum aggrediar.

Cyn

Cynthia, quam deperierat Propertius, post  
discessum è vita, querebatur illi obiecta per  
sonnum, quod antiqui amoris immemor no-  
nx te dominæ coniunxisset: quod nulla in obi-  
tu suo doloris signa dedisset: ac cùm videret  
venenatas sibi dari potionēs, aut beneficiis im-  
butas, remissius tulisset, neque in seruum, ne-  
que in Sagam Nomada sese ostendisset iratum;  
nec minas saltē intentasset. Vrgendi igitur  
atque instandi gratia per interrogationem sic  
ad Propertium loquitur.

*Sensi ego cum insidiis pallida vina bibi?*  
(nam hic versus cum parenthesis, & interrogati-  
onis nota scribendus) audiui, inquam, cùm  
venefica mihi pocula data sunt, p̄e iracundia  
clamantem & dicentem, Vratur lygdamus, aut  
prodat Saga Nomas, quānam isthæc venefi-  
cia sunt, & quis auctor: nisi prodiderit; hic  
ignis adest, cùm admovebitur ad extorquen-  
dum verum:

*Dicer damnata ignea testa manus.*

Hoc est, coget fateri & prodere verum, atque *Pallida vina*  
tanti sceleris auctores indicare. Pallida igitur  
vina insidiis facta, id est, venenis aut beneficiis.  
Sic dicta, ut pallida mors, tristis senectus, & e-  
ius generis alia per metonymiam. Arcanas au-  
tem saliuas, siue vina interpreteris beneficiis  
plena, siue quos alios succos eisdem illigatos  
beneficiis, facile persuadeas: nam saliuam meri  
dixit infra Propertius.

*Propertius.*

*Lygdamus ad Cyathos, utriq; astiua suppellex,  
Et Melibynnæ Græca saliuam meri.*

*Et*

*Vniſaliuæ.* Et Plin. lib. 23. cap. 1. saliuam vini dixit. Saliuæ autem vſum in vneſticiis apud Theocryt. vi- deas in Edyllo. 2. apud Virg. in Cyri. Valer.

*Salina in ve-* Flacc. Iuuenal. & alios. Arcanas autem dici, neſtus & cur quia hæc ſacra arcano fierent, Horat. docet, à *arcana dicta.* quo veneficia arcana ſacra dicuntur: de his infra. Turneb. lib. 8. cap. 2. de Arcanis ſaliuis nobis aſſentitur: ſed eas Propertio; non Cynthiæ *Igne olim ve-* rūm extortu. propinata venena ſunt, non Propertio. De more autem arcana per ignem extorquendi.

*Seneca in Oe-* Senec. in Oedipo. auctu vltimo ſub finem. *dipode.*

*Huc aliquis ignem; flama iam excutet fidem;*  
*Pertam cruentas vera quarenti vias*

*Ignosce quæſo;*

Ita igitur explicata ſententia cohæret. Sed ad-  
huc aliter explico, & quidem breui. LYGDAMVS VRATVR. Seruum in flammarum expo-  
ſit, quia eius opera ereptam ſibi vitam exi-  
mabat; & ſciebat nouas amicas aditum ad  
Propertium inueniſſe. quare ciuſdem libri  
Eleg. 8. vt vaneat, imperat.

*Lygdamus in primis omnis mihi cauſa que-  
relæ*

*Vaneat; & pedibus vincula bina trahat.*

SENSI EGO, &c. Significatio dolofis per pa-  
renthesim. Ha! como me lo dio luego el cora n,  
quando bebi aquellos hechizos. C m insidiis  
pallida vina bibi. AVT NOMAS ARCANAS,  
&c. Quasi dicat, ſi hoc non ita eſt; niſi verum  
eſſe ducitis, deſhaga Nomas los hechizos, con-  
que ſe ha preuenido contra el fuego. Diſſoluat  
vene

veneficia quibus vim sentiendi fortè restinxit,  
aut retudit. Que en llegandole la plancha ar-  
diendo, las manos confessaran el mal que han  
hecho.

*Dicet damnatas ignea testa manus.*  
Sed ego iam, Manum de tabula, ne quis me o-  
peram hic iam perdere clamet.

## C A P V T I X.

Philautia mala & incommoda quæ? ex nostris  
externisq; litteris. Peruidere, amor improbus  
apud Horat. labor, color improbus apud Vir-  
gilium, & Senecam,

**T**Ametsi nullū aliud afferret philautia ma-  
lum, nisi quod curiosos facit aliorum ob-  
seruatorēs, & acerrimos Iudices; hoc satis, vt  
quò sit nomine censenda, facile iudicemus.  
Audite Horatium cuius hi versus. 1. lib. Serm.  
Satyra 3.

*Horatius lib.  
1. Serm. Sat. 3.*

*Ego met mihi ignosco Mœuius inquit:  
Stultus, & improbus hic amor est, dignusque  
notari.*

*Quū tua peruidetas oculis male lippus inuctis.*

*Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,*

*Quām aut aquila, aut serpens Epidaurius?*

Quorundam malitiam reprehendit, qui cùm  
ad tua vitia cæcutiant, aliena perspicacissimè  
vident: stulti atque improbi amoris argumen-  
to non dubio, vt proximè ostendemus. Sed vti  
de

de sententia conuenit inter doctos , ita de verbi, Peruidere, potestate pugnatur.

Petrus Vi-  
ctorius.  
Peruidere  
quid.

Nani sententia.

Lambini opi-  
nia.

Prepositionis  
Pov, potestas.

Petrus enim Victor. lib. 20. cap. 15. Peruidere, inquit, significare puto oculis transire, nec attente contemplari: quod à contrario intelligitur. Id autem verbum ad imitationem Graci verbi παραβλίπειν videtur esse formatum, atque inde omnino translatum Hæc Victorius: eadem Nanius lib. 3. Miscell. nisi quod hanc quoque rationem adiungit: vocem, Per, in quibusdam compositis ιατηλον significare, ut in Perdo, Pereo, Perfidus. adiunctas autem esse multas æthimologias, cur parū videat: primum quia lippus, deinde quia oculos collyrio inunctos habeat. Posterior Lambinus ita censet, Peruidere semper significare acerrime & acutissime intueri: sed hoc loco fieri, ut contrarium significare videatur, propter voces adiunctas. Pudet post tot tantosq; viros quidquā dicere.

Sed explicabo fortassis illós, & locum clarius illustrabo. Nam quod Victorius, Naniusque contendunt: Peruidere idem esse quod oculis transire; hoc est, strictim, & quasi per transennam intueri; videtur non alienum à præpositionis potestate; quæ interdum celeritatem præ se fert: ut in Peruolo, Percurre, &c. Itaque hoc loco non vim, non acumen, sed celeritatem, & festinationem designat. Hispanæ, Mirar de passo, o de corrida. Ad Attic. lib. 7. Epist. 139. Juua me consilio si potes, & tamen ista quantum potes, peruide. In aliis exemplis. Prouide: id est ante vide, quod celeritatis

pari-

pariter, atque acuminis est: Cic. 3. Offic. Qui hoc non peruidet, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. hoc est, qui hoc celeriter non prouidet.

Sed habere etiam potest eandem vim, quam in Perluceo, pertransfo, perforo, ut sit idē quod *Peruidetur* ternere per medium aliquid interiectum, quasi quid per velum; quod Hispani dicimus: *Ver como por tel de cedazo, o a mata vez*. Nam qui per velū aspiciunt, si verò propiora non vident, longiora melius, & acutius cernunt. Ita isti quos stultus atque improbus sui amor obscurat; *Miran sus vies cum portela de gedaç, y con ojos cegajos*. Quod rem etiam auget. Quare hanc esse *Horatius ex loci sententiā existimo: Cùm tua vitia videas, plicatus.* etiam cum peruides, id est, cùm acutissimè & attentissimè cernis) oculis cæcutientibus, ac peruidet quasi aspectus vim amisisses; quid cautele est, nisi quod stultus atque improbus amor tuus obscurat oculos, & menti tenebras offundit, & per philautiæ nebulam intueris. Hispanè sic. *Vienao (quando mas ves) tus vicios como gajoso, y de corta vista, porque ves los agenos como con ojos de aguila? &c. señal es que los ves portela de tu proprio amor.*

Hanc interpretationem probabiliorem Plato 5. de to facit, libro 5. de legibus vbi philautiam legib[us]. maximum imprimis malum appellat, innatum in optima parte hominis, id est, in oculis mentis, quibus offusa caligo tam densa est, ut vel apertis oculis nihil videat. Præfert enim cæcus amor sui, sine luce faciem. quod alio

*Philautie in-  
comoda.*



*B. Gregorius.**Isa. 6.**Sap. 4.**Ephes. 4.**Ephes. 4.**Apostolus explicatus.*

alio transtulit Ouid. in Eleg. de morte Tibul,  
 Quām aptē B. Greg. Homil. 4. in Ezech. Scim  
 mus quia vehementer claudit oculum cordis a-  
 mor priuatus. Hic enim efficit, ut videntes non  
 videant, vt est apud Isaiam. Hæc illa fascinatio  
 nugacitatis, quæ bona obscurat. Nam vt ait A-  
 postolus: Tenebris habent obscuratum intelle-  
 citum, propter cæcitatem cordis ipsorum. Hispa-  
 nè vertas, Ciego el entendimiento, por que esta  
 ciega la voluntad. quia nimis potens, pollens  
 que voluntas est; aut maximè, vt verius dicam,  
 venefica, & fascinatrix; adeo, vt cum de mentis  
 lumine lumen accipere debeat; tantum absit ut  
 accipiat, vt etiam suam cœcitatem deriuet in  
 mentem.

Quod autem alij dicunt, Peruidere, propriæ  
 adiunctas voces contrarium significare: id ve-  
 rò probare non possunt; nam quid minus apte  
 dici possit, quām lippis oculis acerrimè & acu-  
 tissimè cernere? Nisi antiphrasin Grammati-  
 corum admiseris, cum contraria pro contrariis  
 assumuntur; vt lucus pro minime lucente; be-  
 nedicere pro male dicere: Manes, quia minime  
 boni. quod quām sit alienum à vero, non est  
 huius disputationis ostendere: dixi meam sen-  
 tentiam in 1. Singūlar.libro. Sed iam ad prox-  
 imum carmén.

*Amor stultus.*

STVLTVS ATQVE IMPROBVS HIC  
 AMOR EST. Quare stultus? quia cum se igno-  
 ret, aliena cognoscere stultum est; id est, cæci  
 hominis atque stulti. Nam quæ in oculis cæci-  
 tas, in mente stultitia est, quæ animum obscu-

rat. Sed cur improbus amor? an quia non probandus, sed notari dignus? quo sensu dictus est à Virg. 3. Georg. *improbus anguis*. & primo eundem, *improbus anser*, & 4. Aeneid. *improbus amor*: *qua nihil non mortalia pectora cogere*: iniquus, iniustus, qui non æqua lance & sua & aliena metitur: quandoquidem in suis cæcibus, in alienis perspicaciter oculatus. Improbum colorem Seneca purpuram dixit Epist. 113, id est insolentem, & minime probandum, atque nota Censoria dignum, nam eo tempore non admodum vulgaris hic color. Inde apud veteres omne genus scelerum hisce quasi conceptis verbis damnari solitum, IMPROBE FACTVM VIDERI. hoc est, non probè, non ex fide, non ex lege, aut officio, aut religione, sed contra. Proba enim mensura, & merces, & aurum, & pondus probum dicitur, cui nulla fraus subest, quod ex lege factum est, & probatae dignitatis.

Sed improbum quoque amorem dici posse arbitror, quemadmodum & laborem improbus. Virg. dixit. 1. Georg. pro insatiabili, ut Seruius explicauit. Hisp. *Trabajo incansable*. Amor autem improbus erit, *Demasiado, desmedido, descompasado*. Supra modum magnus. Quam certè explicationem Theognidis versus confirmant, in Sententiis Elegiacis.

*Inexplebilem enim habent improbi mentem,*  
*si autem vel in uno aberraris,*  
*Superiorum omnium effusa periret amicitia.*  
 De improbi potestate satis dixi, redeo ad Virg.

*Amor, anguis  
anfer improbus.*

*Improbus sol  
lor purpura.*

## S E C U O D U M

## C A P V T X.

*Pes in naui velum : in homine cupiditates, & studia, maxime in sacris. Virgilius locus in s. explicatus.*

*Q* Væstum cùm esset ex me pridie, quam-  
nam censerem illorum sententiam ver-  
suum apud Virg. sub libri 5. Æneidos finem.  
*Virgilius.*

*Iuber ocyus omnes.*

*Autilli malos, intendi brachia velis.*

*Una omnes fecere pedem, pariterq; sinistros,*

*Nunc dextros soluere sinus, una ardua tor-  
quent*

*Cornua, detorquentque, ferunt sua flamina  
classem.*

*Remiges na- Respondi; videti, facere pedem idem esse quod  
uailes pedes. vela facere. Nam vti remiges Plautus in Me-  
pes in nau- næchmis, nauiales pedes vocauit; vel, vt alij mi-  
pro velo. nus rectè sentiunt, remos: ita pedem in nauis  
Catullus. moueantur. Huc etiam Catullus accedit,  
cuius illa sunt ex 4.lib. I.*

*Sue utrumq; Iupiter*

*Simul secundus incidisset in pedem.*

*Hoc est, sue secundi ventorum flatus utrum-  
que velum aut veli sinum dextrum; sinistrum-  
que impulissent. Iupiter enim pro aëre à poëtis  
sæpius ponitur. Ennius:*

*Iupiter pro  
aëre.*

*Ennius.*

*Istic*

*Istic est is Iupiter, quem Graci vocant aërem.*

Et Virgilius.

*Virgilius.*

*Maturisq; nimis metuendus Iupiter ubi.*

Et Horatius.

*Horatius.*

*Manet sub Ione frigido.*

*Venator.*

Postero autem die, quām hæc dixeram; Seruiū mihi, & Turnebum quidam obiciunt, quorum alter, Pedem interpretatur funem, siue podiū, quō tenditur velum; alter imam veli partem, nam de aliorum ineptiis, nihil est quod agam. Sed sanè siue pes pro fune, siue pro ima veli parte usurpetur, in idem sententia recidit. Ego verò nihil secus opinor, quām ut suprà dixi; non enim video cur pes pro fune, aut pro ima potius parte, quām pro media, aut pro sinu accipiatur; cùm à vi mouendi sit ducta similitudinis ratio, quæ in veli maximè sinu posita certatur. Sed quoniam totus hic locus à quibusdam ignorantie rei nauticæ perperam explicatur, diligēter à nobis, sed breuiter excutietur.

**I**UVBET OCYVS OMNES ATTOLL I MA-

*Seruius.*

*tos, id est, inquit Seruius, Vela per malorum volubilitatem leuari: nam cùm nauigarent, non*

*dubium quin olim crexerant arbores. Sed sa-*

*Attollere ma-*

*nē malos attollere, nihil est aliud, quām demis-*

*tos.*

*fos sustollere: demitti autem solent interdum*

*inter nauigandum, aut si quæ grauior tempestas*

*exoriatur; aut si aliquandiu naues subsidant.*

*Hispani hoc dicunt, Calar los masteles. INTEN-*

*Brachia in*

*DI-BRACHIA VEL IS. Quidam velorū sinus,*

*naui quid.*

*siue latera interpretatur. Sed hoc loco Brachia*

idem certè sunt, quod cornua, id est, antennarum extremæ partes; quæ eandem apud Hispanos etiam sortiuntur compellationem. Iubet igitur intendi brachia velis; hoc est, antennas suspendi, ac explicari vela: atque ita quod sequitur aptè.

*Facere pedem.*

VNA OMNES FECERE PEDEM. Omnes enim Æneæ ducis imperio obsecuti, vela ventis dedere. *Hic ieronse à la vela. PARITERQUE SINISTROS NVNC, &c.* Hoc est, vna cœpere omnes tum dextram, tum sinistram velorum partem, siue brachia explicare, & diducere.

VNA ARDVA TORQVENT CORNVA; &c. Seruius. *pro mutabilitate, inquit, aure.* Rectè, Cornua verò pro Antennarum brachiis accipi tritum est, apud Virg. Horat. Ouid. Valer. Flaccum, &c. verum non malè qui pro extremis velorum partibus capiunt, quæ ad colligendos ventorum fatus torqueri, detorquerique solent. Hispani ynico id verbo efferunt. *Marear las velas.* FERVNT SVA FLAMINA CLASSEM. Hoc est idonea, & ad nauigandum accommodata, qualia nimis optare, & habere potuissent. *Va con viento prospéro, o con bonança.* Denique, Proferre pedem quid sit, explicauit Turnebus, ex quo coniectari licet, esse id quod Hispanè dicitur, *Tender a orça las velas.*

*Cornua in  
nauis quid.*

*Proferre pe-  
dem.*

## CAPUT XI.

*Arcana non scrutanda, sed tegenda. Id verbum in bonam aquæ atque in malam partem acceptum. Nox pro nocturnis rebus. Curiositatis vitium reprehensum. Horatij locus diligenter expensus.*

Cum Horatius ad Lollium de ciuitate  
tuenda præciperet; assentationem impi-  
nis, quæ calumniæ comes est, imo soror (ut ait  
Lucianus) cum apud alios tum apud amicos,  
vitandam honesto viro studiosè commonuit.  
Quippe plus æquio officiosum esse, satis facile  
ostendit, arcessitam & de industria quæ sitam  
esse blanditiam ad ineptorum, aut etiam pue-  
rili animorum imbecillitatem auctoritanam.  
Docuit præterea dandam esse operam;  
ne quis in omni congressu acerbum, atque in-  
suanem se præbeat, quo certè vitio nihil fere in  
hominum societate intolerabilius. Deinde ne-  
que in sole scendum secundis rebus, neque de-  
ficiendum aduersis. Denique ad vitæ decorum  
tenendum, & remouendam à se aut inepti, aut  
improbi suspicionem, amicum Lollium, tribus  
quatuorve præceptis informat: quæ his versi-  
bus continentur.

*Arcanum neq; tu scrutaberis ullius umquam, Horatius ex-  
Commissumq; reges, & vino tortus, & ira.  
Nec tua laudabis studia, aut aliena repren-  
des.*

*Curiositas vitiosa.* Plerique enim mortalium tam audi sunt, & capaces; tam immoderata, ne dicam effrenata, feruntur sciendi cupiditate, vt non putent satis sapere, vt aiebat Apostolus, ad sobrietatem;

*Rom. 12.*

nisi sapiant etiam ad satietatem, cum suam, tum etiam aliorum, quos per amicitię speciem quae sunt, & quae non sunt querendo, discutiant, & distorquent. Et cum mel inuenerint, hoc est, cum in facilem ac remissum hominem inciderunt, non tantum quod sibi sufficit comedunt; sed ira se ingurgitant, vt satiati euomant illud: id est, non ea solū expiscantur, quae audita continere possunt, sed etiam quae sui ponderis pressu ruptura sint iecur, vt aiebat Persius, & exitura forsitan in perniciem. Vitiū ut verè dicam hominum otiosorum. Doceat Iuuenalis. Sat. 3.

*Iuuenalis.*

*Horum si nihil est, aulam resupinat amici,*

*Scire volunt secreta domus, atq; inde timeri.*

*Antigonum Regem ferunt sciscitanti filio,* quando cōclamari iuberet, respondisse: Quid veritus ne es, solus canentem tubam ne audias? Illud mirum, quod de homunculo Antonium Pium imperatorem in domum excipiente, narrat Julius Capitol. Inter alia, hoc est vel insigne Antonini Py ciuitatis argumentum: nam homuli domum inuisens, admiransq; Porphyreticas columnas, quæsisset ex eo, unde illas haberet: ac respondisset homulus, Cum in domum alienam veneris, & mutus, & surdus esto, patienter tulit. Ineptissimum sine dubio hominem, & planè barbarū, qui huma-

*Antigoni pulcrum re-  
sponsum.*

*Ineptum  
terius.*

nita

nitatem, & benevolentiam principis in quærendo, tam insigni excepit ingrati atque impudentis animi documento. Hic enim res ipsa loquitur, Principem affabilitatis potius ostendendæ gratia, quam calumniandi studio quæsiuisse. Et quidem scitum est illud Ægyptij, qui interrogatus, Quidnam id esset, quod velatum gerebat: Ideò, inquit, velatum est, ut ignoretur. Praclarè igitur Thuriensium legibus cautum est, auctore Plutarcho, ne quis in comediiis auctor ciues aspergeret, salibusve morderet, nisi adulteros & curiosos: nam & adulterium, inquit ille, curiositas est alienæ voluptatis.

*Acutum re-  
spōsum.*

*Thuriensium  
lex in adul-  
teros & cu-  
riosos.*

ARCANVM NEQVE TV SCRVTABERIS;  
&c. Quid autem causæ est cur vetat apud non initios arcana scrutari? An quod ea qui quærunt, multum sibi negotij contrahunt, cùm tacendi necessitatem imponunt? quod tametsi per se magnum est, videtur admodum tolerabile. An quod plus nobis solitudinis paratur, ne vimquam alterius subeat animum cogitatio, prodidisse nos arcana commissa, fidem, officium violasse? quo ut nihil turpius, ita nihil indignius homine imprimis honesto; ita nulla re magis, quam huius rei suspicione torquentur, & extabescunt. Atque hæc ad veritatem ratio propensior. Scitè Philippides comicus *Philippidis* cùm ei Lysimachus Rex aliquando dixisset: *Comici dicti.* Quanam mearum rerum te impertiam? Qua velis, inquit, modo ne arcano vlo. Praclarè profecto. Sed audite Iuuenalem. Sat. 3.

*Arcana cur  
non scrutan-  
da.*

*Quis nunc diligitur nisi conscient, & cui seruens*

*Estuat occultis animus, semperq; tacendus?*  
*Sed odiuinum quod sequitur consilium.*

*Miserum timet  
meritab amicis.*

*Tantum non sit opaci  
Omnis arena tagi, quodq; in mare voluitur  
aurum,*

*Ut somno careas, ponendaq; premia sumas  
Tristis; & à magno semper timearis amico.*

*Enim uero tam anxius, sollicitusq; esse debet,  
qui nouit arcana cuiusquam, ne sibi vel per imprudentiam excidant, neve in prodictionis suspicionem venire possit amicis, ut neque somnum capere queat, neque ullo in loco tranquillo animo conuiescere.*

*Arcaniū pro  
scelere, quod  
arcano fit.*

*ARCANVM, &c. Obvia certe cuilibet prior hæc explicatio, sed ego arcani quiddam aliud in his arcanis altius perscrutabor: puto enim Arcanivocem posse in malam partem capi, pro his nimirum sceleribus, quæ arcane, quæ occulte sunt: quemadmodum & noctem veteres pro nocturnis usurpauere criminibus, inde communes illæ apud poetas præsertim formulæ, Dare, negare noctem, & purgare flumine noctem: viduam & pudicam ducere nocte, & sexcenta, ut apud Statium Thebaid. i. Oedipus sic,*

*Si dulces furias, & lamentabile mairis  
Connubium ganisus iny, noctemq; nefandam  
Sape tuli.*

*Iuuenalis.*

*Et pro nocturnis adulteriis. Iuuenal. Sat. i.*

*Cum te summoueant, qui testamenta meretur  
Noctibus.*

Item

Item pro conuiuiis nocturnis: Horatius Satyr. *Horatius.*  
6.lib.2.

O noctes, cœnæq; Deum, quibus ipse, meisq;  
Ante Larem proprium vescor.

Nox pro cœnis  
nocturnis.

Et apud Iuuenalem, Satyr. II.

Noctesq; Neronis.

Ita quoniam scelera arcana, sicut & noctu pa-  
trantur, arcani vocem sceleribus attribuimus. *Arcana sacra*  
Iude arcana sacra pro beneficiis, quæ silentio *Horatius.*  
fiunt. Horatius in Epodo, Ode 5.

O rebus meis infideles arbitrae

Nox, & Diana, quæ silentium regis,

Arcana cum sunt sacra.

Faciunt à nobis etiam sacræ literæ, in quibus  
Exod. 7.indidem nominantur. Et fecerunt etiam *Exod. 7-*  
ipſi pér incantationes Ægyptiacas, & arcana  
quedam similiter. Denique eandem vocem præ-  
cise sumptam pro secretis facinoribus inuenio  
apud Iuuenalem Satyr. 2.

*Iuuenalis.*

Tu nube, atque tace, donant arcana Cylindros.  
Vbi Scholiastes: Arcana, id est, secreta illa faci-  
nora, quæ noctu fiunt. Confirmat hoc B. Grego-  
rius Nazianzenus Orat. in sanctam Penteco-  
sten, vbi arcanum pro nocturno Venereo con-  
gressu usurpat. Huius rei tibi fidem faciat, quod  
Christus ait, neminem regnum videre, aut acci-  
pere posse, nisi qui supernè per spiritum progenitus  
fuerit: ac per diurnam, ac luculentam creatio-  
nem, quæ per se, quisque fingitur, à priori gene-  
ratione, quæ noctis arcanum est, purificatus fuerit.  
Martialis lib. 1. ad Decianum, 8. arcanum os

*Martialis.*

appellauit, quo turpia vota conciperentur.

*Si quis erit recti custos, imitator honesti:*

*Et nihil arcano qui roget ore Deum.*

Arcanas etiam preces Iuuinalis dixit, quasi non bonas. Et Horatius:

*Iane pater clare, clare cum dixit Apollo,  
Labra mouens metuit audiri.*

*Persius.*

Et Persius Satyr. 5.

*Labra moues tacitus, recutitaque sabbata  
palles.*

Arcanas etiam saliuas dixit Propertius lib. 4.

Eleg. 7. quarum arcanus in beneficiis usus.

In sacris etiam literis thesauri, atque opes

*Isai. cap. 45.* arcana secretorum appellantur. Isaiæ cap. 45.

*Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana se-  
cretorum. Græcè θησαύρος συντετάρει, Thesauros te-  
nebroſos, ſive obſcuros. Aurum autem, & ar-  
tumq[ue] theſau- gentum theſauros vocat tenebroſos, cum ta-  
ri tenebroſi. men ſplendidi, ac nitidi ſint: ſed quia in tene-  
bris delitescunt, ideo arcana secretorum, qui-  
bus Pluto præſeſſe credebatur antiquis, vnde &  
Dis appellatus; non ut inſcritè nonnulli, quia  
minimè diues. Quin & iij etiam, qui hiſ the-  
ſauris inhiant, tenebrarum filij nominantur.  
Filios autem noctis, & opera tenebrarum ap-  
pellari in ſacris literis eos, & ea, quæ tametq[ue]  
in luce verſentur, & ſiant; ſcelerati illi, & hec  
impia ſunt: & ideo non digna, quæ lucem ſu-  
beant, mortaliumq[ue] conſpectum; & docuit  
Christus, & qui ab eolumen accendere Docto-  
res. Huc etiam ſpectat illud Propertij lib. 4.  
Eleg. 7.*

*Tenebrarum  
filij quid.*

*Propertius.*

*Aut Nomas arcanas ſoluat verſuta ſaliua.*

*At*

Arcanas enim eas dixit, quæ adhiberentur ad  
veneficia.

Ex his igitur facile locus explicetur. *¶* *I*amas  
por iamas te metas en saber vidas agenas, ni escu-  
drines faltias de otros. A R C A N V M, &c. Ete-  
nim curiositatis hoc malum. *Morbus*, inquit  
Plutarchus, est neque inuidentia carens, & Plutarchus.  
abundans improbitate. *N*os ignari eorum, que  
ad nos pertinent, aliorum genus inquirimus: Curiosorum  
videlicet, quod anus vicini fuerit *Syrus*, ania genus.  
*T*hrassa. Ille debet talenta tria, nec usuram per-  
soluit. *V*nde illius uxor domum rediit? quid hic,  
& ille soli in angulo colloquuti? & quem admo-  
dum gallina tametsi habeat in medio cibum, su-  
bit angulum, & humum rostro persodit.


*S*icubi ut in simo vel granum appareat unum. /  
*I*ta qui hoc vitio laborant, pratermissis interdum  
sermonibus institutis, festiuis narrationibus, qua-  
rogatus quisquam sine molestia responderet, sor-  
des appetunt scrutari cuiusque. *Q*uam verè Ari-  
sthon: *V*enitorum, inquit, molestissimi sunt, qui Curiosi venti-  
nobis pallia renellunt; eiusmodi autem homines molestiores.  
non pallia modo, vel tunicas corpori propriores,  
sed intimos animi recessus, latebrasq; penetrant,  
omnia perscrutantur, ac diligentissime quid ca-  
lumnientur, exquirunt.

A R C A N V M N E Q V E T V S C R V-  
T A B E R I S. Significantius, quam quæsiue- Scrutari quid.  
ris, aut rimaberis. Vim enim quamdam præ se  
fert illud verbum. Sunt enim quidam adeò in-  
tolerabiles, eorum, quos Hispanè *Moledores*  
dicimus, qui ubi quempiam nacti sunt, infinitis  
questio

*quæstionibus molunt; prorsus ut æstum, ut su-*  
*dorem, ut angorem cieant. Id sibi contigisse*  
*Horatius.* *Horatius narrat Satyr. 9. cum in eiusmodi*  
*Loquaces mo-* *quendam odiosè loquacem, & molestum ho-*  
*lestis.* *minem incidisset, à quo se se nulla ratione po-*  
*tuit expedire.*

*Miserè discedere querens*  
*Ire modo ocyus, interdum consistere; in aurem*  
*Dicere nescio quid puerο: cum sudor ad imos*  
*Manaret talos.*

*Aristotelis in* Scitè Aristoteles vexatus à quodam, & impor-  
*importunum* tunis quæstionibus, absurdisque narrationibus  
*secessa.* exagitatus, dicenti subinde: Nonne hoc mirum  
 est Aristoteles? Non profectò, inquit, hoc est  
 mirum: sed si quis pedibus præditus te sustinet;



## C A P V T XII.

*Curiositatem loquacitas consequitur, atque infi-*  
*dentia, qua ira, ebrietatisq; comes. Arcana*  
*semper tegenda. Vini tormentum. Id quare*  
*cum colubro comparetur, Proverb. 23. Non*  
*laudanda sua, aliena non reprehendenda.*

*N*on minus aptè & congruenter, quam in-  
 geniosè, & sapienter Horatius, postquam  
 Lollio familiari suo percontandi modum per-  
 scriptis, ad colendam fidem continenter hor-  
 tatur. Enim uero nihil tam cognatum illi vitio,  
 quam illud fidei violatæ. Quare rectè quod se-  
 quitur.

*Loquacitatis  
comes insiden-  
tia.*

*Com*

*Commissumq; teges, & vino tortus & ira,*

*Deinde verò:*

*Percontatorem fugito, nam garrulus idem  
est;*

*Nec retinent patula commissa fideliter au-  
res;*

*Et semel emissum volat irreuocabile ver-  
bum.*

Est ab Horatio Plutarchus, qui in libro de lo- *Plutarchus.*  
quacitate: *Multa, inquit, audire volunt lo-*  
*quaces, ut multa habeant, quæ dicant: ac ma-*  
*xime abscondita, & arcana scrutantur, atque*  
*inuestigant. Sunt autem puerorum instar, qui*  
*glaciem neque renere volunt, neque dimittere:*  
*imò veluti serpentibus in sinum collectis non con-*  
*uinent, sed ab iis perroduntur. Sapiens autem*  
Prouerbior. *vigesimo quinto, adeò fugien-*  
dam esse perfidiam docet, vt ne scelus qui-  
dem, quod ipse videris, proferri velit in vul-  
gus. *Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iur-*  
*gio cito, ne poste à cùm de honestaueris amicum,*  
*emendare non possis. Sunt enim plelique mor-*  
talium, adeò pueri & imbellies, vt cùm ab ami-  
co abalienauerint se, & inimicari cœperint,  
pleni rimarum, vt aiebat Comicus, hac & il-  
iac perfluant: neque fide, neque amicitia, ne-  
que infamiae, quam sine dubio contrahunt  
maximam, metu, ab enunciandis aliorum ar-  
canis deterreantur: tu si sapies, sapienteri au-  
dies. Ecclesiastici decimo nono: *Audisti* *Ecclesiast. 19.*  
*verbum aduersus proximum tuum, commoria-*  
*tur in te, fidens quoniam non te disrumpet.*

*Prouerb. 25.*

*Arcana te-  
genda.*

*Sagitta infixa in femore carnis, sic verbum in corde stulti.* Sed aduersus istorum perfidiam nos paulò post Horatius armat.

*Horatius.*

*Protinus ut moncam, ( si quid monitoris  
eges tu)*

*Quid de quoque viro, & cui dicas, sape  
videto.*

*Cicero.*

Sæpe epim, vt ait Cicero in Sallustium, grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia aperte dicunt, quam qui committunt.

*Quam graue, atque molestum hoc sit, docet Ecclesiast. 22. Sapiens Ecclesiast. 27. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicitatis. Quasi dicas: Es para hazer desesperar un desdichado. Quamquam & alias interpretari possis: Esto no lo puede hazer sino algun desesperado, o algun cuytado.*

*Vini tormentum.*

*Horatius.*

*ET VINO TORTVS ET IRA. Tortabantur enim quodammodo homines vino & ira; potique, & irati arcana sibi commissa interdum enunciant. Ita Ode 21.lib. 3.*

*Tu lene tormentum ingenio admones.*

*Plerumque duro: tu sapientium*

*Curas, & arcanum iocoſo:*

*Consilium retegis Lyao.*

*Plato.*

Rectè verò Plato 1. de legib. Nullum, ait, esse tormentum minus sumptuosum, minusq; noxiū, ac pericolosum, quam vinum, ad explorandos hominum affectus, & mores. Appositè Horatius ad Pisones:

*Horatius.*

*Reges dicuntur multis urgere culullis,  
Et torquere mero, quem perspexisse laborant.*

Vnde *μίαρις Διονύσος*, id est, crudelis Bacchus, *Crudelis Bac-*  
*Græcis dicebatur*, non tam quia olim viui ho-  
*mines ei sacrificarentur*, quam quod excru-  
*cier, qui sese illi dicarunt: id est, ebrios. Ana-*  
*charis in conuiuio apud Platонem ita dor-*  
*miens decubuit, ut quæ procreationis causa*  
*natura corpori affinxit, sinistra manu, os ve-*  
*rò dextera comprimeret: quod bene poti ho-*  
*minis linguam valentiore fræno existimaret*  
*indigere.*

Hanc vini naturam, & vim mirificè expref-  
 sit Sapiens, cùm eam Proverbior. 23. cum co- *Proverb. 23. lo*  
 lubri morfu contendit. *In*greditur blandè, & *eius illustris*  
*in nouissimo mordebit ut coluber.* Cuius ego  
 sententiam sic explicō: *Quemadmodum* vbi  
 corpus, ac mentem vinum occupauit, omnia  
 perturbata & confusa cernimus: ex una duas  
 flammulas videmus, firmissimæ columnæ nu-  
 tant: ita etiam, quæ sunt in mente, rerum fi-  
 guras, atque imagines, siue phantasmata tur-  
 bat, ac miscit: facitque ut amici arcanum,  
 quod cùm esset integer visum, est dulcissimum  
 amicitiæ pignus, in ebrietate sit vipera, quæ  
 viscera disrumpat, ut exeat: deinde cùm exierit,  
 & authorem perdit primum, & alios deinde  
 discruciat. Conuenit cum hac sententia Plu- *Plutarchus.*  
 tarchus, qui in comment. de loquacitate, quem  
 suprà laudauimus. *Belonas, inquit, pisces, & vi-*  
*peras parturumi aiunt: arcana autem eos, qui*  
*non continent, foras elapsa perdunt.*

N E C T V A L A U D A B I S S T U D I A .  
 Mirum certè dictu est, quam molestum, quam  
 odio

*Ostentatio sui odiosum, & iniuisum sit omnibus genus quod-dam hominum, qui sese intolerantiū iactant, & æquabilitatem communis iuris, præstantia, quam habere se putant, dignitatis suæ transiunt, aut fortunæ. Nam cùm minimè quisque sibi notus sit, difficillime que de se quisque iudicare possit: nemo de se satis honestè, ac sine multorum intuidia loqui potest. Accedit etiam, ut minor sit fides, minor authoritas. Qui sapient, Homerum audient in Odys.*

*Homerus.*

*Possideat tacitus si qua adsunt munera Di-nūm.*

*Iuuenalis.*

Sed horum hominum insolentiam Iuuenalis summo cum lepore perstrinxit, mores, & ingenium multo cum sale describit. Is Satyr, 3. delapsus ad Græculos gloriosos homines, & impertos, ita canit:

*Gloriosorum  
ingenium.*

*Ingenium velox, audacia perdita, sermo*

*Promptius, & Ise torrentior. Ede quid  
illum*

*Esse putes? omnem hominem secum atulit  
ad nos.*

*Grammaticus, Rhetor, Geometres, pictor,  
alipites,*

*Augur, Schœnobates, Medicus Magus,  
omnia nouit*

*Graculus esuriens: in cœlum iusserris, ibit.*

Non dissimile illud de Sycophanta Plauti in Trinummō, qui roganti Charmidi, quod issit ex Arabia ad quam se venisse etiam nugabatur:

*Ad caput, inquit, amnis, quod de cœlo exoritur  
sub solio Iouis. C H A R M I D. Sub solio Iouis?*

S Y C

S V C. Ita dico. C H A R. Ecalo? S V C. Atque medio quidem. C H A R. Echo, an etiam in celum ascendisti? S A C. Imò horiola aduecti sumus: usque aqua aduorsa per flumen. Salsissimum profecto nugatorem. Sed audiamus aliquando etiam Xenophontem, cuius hæc sunt:  
 L A V S ab aliis profecta, suauissima est auditu; alius autem ea molestissima, quam sibi quisq; tri-  
 buit. Primum enim impudentes eos arbitramur, qui se laudant; <sup>Molesti, &</sup> qui se ipsos laudant; quia decebat os podor, etiam si ab aliis laudarentur. Sed incident saepe tem-  
 pora, quæ nos cogant de nobis ipsis dicere, & <sup>Nisi honesta</sup> nostram dignitatem apud alios commendare. <sup>de causa fiat.</sup>  
 Nam qui suspecti sunt, ut ait Plutarch. & ca-  
 lumniis onerati, virtute sua non possunt uti, nec  
 vim facere ipsorum beneficium fugientibus. Qua-  
 re cauendum, inquit, est diligentissime cum id  
 agemus, ne hoc agere ut nos laudemus, sed eo ipso  
 aliud aliquid moliri, videamur: & aut calun-  
 niam, & accusationem depellere, ut Pericles, aut  
 studium, & emulationem virtutum in auditori-  
 bus excitare: quod est maximè proprium præce-  
 ptorum. Plutarchum legat, qui plura volet in  
 eo, qui inscribitur. Qua ratione quis circa inui-  
 diam laudare se possit.

Ego tantum addo; nihil tam cognatum ar-  
 rogañiae, quam inuidentia; nihil tam coniun-  
 ctum elationi sui, quam aliorum contemptio.  
 Ideo contihenter Horatius vbi dixit: Nec tua  
 laudabis studia. dicit,

*Aut aliena reprendes.*

Etenim cœcus amor sui admirationem rerum

*Salustius.* suarum parit, contemptum alienarum. Quare non minus aptè quam cætera Horatius, cum arrogantiam in nostris vitandam esse docuisse; obrectationem continuo fugiendam dicit in alienis. Plerique autem mortales, ut scribit ad Cæsarem Sallustius de Rep. ordinanda;

*Quasenalis.* *Ad iudicandum satis ingenij habent, aut simulant: verumtamen ad reprehendenda aliena facta, aut dicta, ardet omnibus animus. Creditunt enim ita se demum emersuros, si eos, qui extant, depresserint.* Sed

*Quis cœlum terris non misceat, & mare calo;  
Si fur displiceat Verri, homicida Miloni;  
Clodius accuset mæchos, Catilina Cethegum,*

### C A P V T . XII I .

*Praclare quedam sententia ex Sat. 4. lib. 1. Horati explicata, & locupletata. In his multa ad mores, maximè in calumpnatores, & perfidos, fraterni amoris pestes.*

**Q**VANDO IN HORATIO SUMUS NON INGRATUM,  
Opinor, faciam, si quatuor ex eo versus  
totidem præclaras sententias complectentes  
in medium produxero; quibus vitiorum quinque genera perstringit Horatius, quæ ciuilem  
statum, & ciuium coniunctionem maximè op-  
pugnant, & communis vita societatem, & om-  
nes tuendarum rerum pub. rationes, non labefac-  
tant modo, sed etiam penitus euertunt.

Primum

Primum eorum, qui illarum instar auium, quas rapaces dicimus, in absentium vitia, siue illa vera sint, siue etiam falsa, & a se conficta, non fecus atque in mortuorum cadavera induidunt. Secundum illorum, qui alios tametsi ipsi non carpant, neque calumnientur; cum carpi ab alijs videant, remissius ferunt & auctoritatem afferunt peccandi tacendo, neque ab inproborum calumnijs quos debeat, tuerintur. Sequitur tertium, eorum, qui dum alijs placere dicendo student, & risus; & cachinnos, scurrarum in morem elicere, ac dicacitatis laudem (si laus ea dicenda est, quæ ex aliorum contumelia decerpitur) cauillando atcupari conantur; neque aliorum honori parcunt, neque suæ dignitati. Atrocissima sunt postrema duo, cum alicui, non quæ ipse peccaverit, sed quæ nos per naturæ malitiæ, & improbitatem ingenij, aut etiam per inuidiam suspicamur, impurissimis artibus affingimus: aut cū arcana quæ sunt euulgamus, quod genus est perfidiæ singularis. Eos autem omnes, in quos hæc vitia cadat, nigros appellat cauēdos monet Horatius. versus hi sunt. *Horatius.*

*Absentem qui rodit amicum.*

*Qui non defendit alio culpante; solutos*

*Qui capiat risus hominū famamque dicacis:*

*Fingere qui non visa potest: commissa tacere*

*Qui nequii; hic niger est, hunc tu Romane caueto  
Singula mihi breuiter explicanda ut ad natā, quā his omnibus inurit poeta, deueniā. Erit enim diligentius inuestigandum, quid nigri nomine accipiat.*

## ABSENTEM QVI RODIT AMICVM.

*Amicos quo  
vadit ab  
sentem.*

Impium genus hominū ac nefarium, qui amicis præsentibus egregiè sese vēdant, studium, operam, quidquid aut sunt, aut possunt lubentes deferunt, blandiuntar, obtemperant, obsequuntur, lenocinantur; dicta, facta, cogitata laudant, probant, suspiciunt, supra lunam tollunt, nihil non agunt, ut eorum quibus cum agunt, grātiā venentur: sed simul atque resperixerint, non acrius, non celerius in obuium quemque efferati in rabiem canes inuadunt, quam in earum illi dignitatē inuehuntur, fama lacerant, & quibus possunt modis omnibus in inuidiam trahunt. Itiūsmodi sancto minibus, si modo sanus es, respondeto tu quod Lysander ille apud Plutarchum dicenti, Laudote, & defendo; Duos se ruti habere bōues, quibus tacentibus satis ipse nosset, vter eorum piger esset, vter industrius.

*Lysandri a-  
cutum respon-  
sum.*

*Quia lijs cul-  
pantibus non  
defendunt.*

*Ipsa lib. de dis-  
crimine adu-  
erbi amic.*

Q V I N O N D E F E N D I T A L I O C V L P A N T E. Hunc inter innumerabiles alios iucundissimum, & maximum habet amicitia frumentum, ut eorum quibus cum officiorum, & benevolentiae coniunctione astricti sumus, studito, amoreque aduersus inimicorum fraudes, insidias, & calumnias tecti, atq; muniti simus. Amico enim, vt aiebat Plutarch, nihil inconveniet, ex amic. dīus est, quam cum multis amare, atque amari, in idq; perpetuo dat operam, ut amicus à quamplurimis diligatur, atque colatur. Contra quamq; faciant, qui pueriliter amant; qui vt quēmque maximè diligunt, ita molestissimè ferunt, alio-

rum amicitijs, etiam utilissimis implicari. Iso-  
cratem audiamus, qui ad Nicoclem ita scribit: *Iſocrates?*  
*Custodiam corporis esse puta tutissimam tum a-* Amici custo-  
*micorum virtutem, tum ciuium benevolentiam, dia tutissima*  
*tum tuam prouidentiam.* Quare qui hoc ami-  
cos fructu defraudant, id eripiunt, quod est in  
amicitia maximum, & pretiosissimum. *Quam Horatius.*  
humaniter amicus Neuij apud Horat. lib. I.  
Sat. 3. cum à Mœnio quodam in absentia carpi  
videret, grauiter, & acutè perstrinxit:

*Menius absentem Neuium cum carperet,*

*Hens tu*

*Quidā ait; Ignoras te? an ut ignotū dare nobis  
Verba putas?*

Monet Plutarchus in eo quem scripsit de fra-  
terno amore, ut suspiciones, ac calumnias in- *calumnie re-*  
uidorum refutemus: Credant fratres, cum alia *sutande.*  
esse vera, que de Castorum fraterno amore fa- *Plutarchus:*  
bulis sunt prodita; tum quod Pollux quemdam  
de fratre nescio quid rumusculi insurram  
pugno impacto trucidauit, *Quid enim fraternal Fraterno* a-  
caritate præclarus? quid pretiosius excogitari more nihil  
potest? Id adeò liberale, & magnificum duxit *præclarus.*  
Meminon, ut ne de hoste quidem detrahi apud  
se passus sit. *Memnō, qui Darij exercitum ad-*  
*uersus Alexandrum duxit, militem quemdam*  
*suum, qui multis, & impuris opprobrijs Alxan-*  
*dum proscindebat, lacea corripiens, Ego, inquit,*  
*te alo, non ut maledicas Alexandro, sed ut cō- *Plutar. in A-*  
*tra eum pugnes.* Cum ad Pelopidam fortis qui- *pophiegi,*  
dam miles deferretur, quod ei conuiciatum di-  
cerent: E quidem, inquit, facta eius video, dicta*

non audiui.

*Amicitiae  
proditores cu-  
iusmodi.*

*Sinistri lau-  
datores.*

*Horatius.*

Sed emersit genus quoddam hominū im-  
proborum, qui improbitati ac perfidiæ suæ, a-  
micitiae, ac benevolentiae speciem obtendunt:  
cumque de amicorum vita, ac moribus sermo  
infertur, quæ nihil ad ré pertinent, laudant: ea  
verò de quibus queruntur, carpunt, ac vitupe-  
rant. Ita Horatius:

*De Capitolini furtis iniecta Petilli*

*Te coram fuerit, defendas, ut tuus est mos.*

In eam videlicet sententiam & formulam quæ  
sequitur.

*Me Capitolinus coniuctore usus, amicisque  
A puerō est, causa que mea permulta rogatus  
Fecit; & incolumis letor quod viuit in urbe.  
Sed tamen admiror quo pacto iudicium illud  
Fugerit.*

*Catullus.*

O insignem perfidiā! ô virus! ô pestē amicitiae!  
Vultis videre quam hoc doleat Catullus? ac-  
cipite.

*Venena vita  
& pestes ami-  
citiae.*

*Ruse mihi frustra, ac nequicquam cognite  
amicē:*

*Frustra?imo magno cum pretio atque malo.  
Siccine subrepsti: mi, atque intestina perurens  
Sic misero eripui: omnia nostra bona.*

*Eripui: eheu, nostra crudele venenum.*

*Vita; eheu, nostrae pestis amicitiae.*

Immanis hic dolor: nulli enim acrius vrunt,  
quam qui nobis sese venditant, ut nos vendāt.  
Causa hæc, opinor: nā nostra omnia siue ioca,  
siue seria cognita habent, arcana omnia, occul-  
taq; cōsilia explorata illis sunt: si quid peccau-  
imus,

mus; eos arbitros adhibemus, peccatus illi nostrū  
callent; ingenium norunt; iis nō modo verba,  
facta, cogitata cōmittimus; sed ea, quorum vel  
spēcies aliqua menti obiicitur aliquando con-  
credimus. Hinc est, vt nemo quisquam sit, quē  
aut magis amare si fidus sit; aut magis timere  
debeamus, si contra. Posterior hæc cauſa. Nam  
quæ illi de nobis loquuntur, probabilitaſiunt  
amicitiæ commendatione: maximè si non pro  
nobis, sed contra ſint. Tunc enim qui auditunt,  
facile ſibi perſuadent amicūm hominem, nihil  
indignum de amico dicturum; primum niſi ve-  
rum, deinde quod ſine religione tacere non  
poſſit: quare atrocissimæ ſunt, & firmiſſimæ  
ſuſpicioſes ab hiſ concitatæ, atque eiusmodi,  
vt niſi apud candidos atque intelligentes ho-  
mines eleuari non queant. Quare Horatiuſ  
hoc genus proditionis nefarium, & inexplabi-  
le, meram appellat æruginem: quæ acuto, &  
ſplendenti gladio cum adhærefſcit, & aciem, &  
nitorem eius occultat; ita vt neque perspici,  
neque capi poſſit ab oculis etiam intentiſſi-  
mis. Nec ſecus iij ſuis dictis amitorum egre-  
gias virtutes obſcurant; vt in media luce præ-  
clariffimarum actionum, neque nitore poſ-  
ſint, neque cognosci.

*Gravifſimæ  
ſuſpicioſes ab  
amicis concin-  
tate.*

*Mera erugo  
Horatioquid.*

Eo autem ſceleratius Iudea factum, eo pec-  
catum atrocius, quod magistrum diſcipuliſ, rū ſcelus quæ  
parentem filius, amicus amicum tradidit. Nam atrox.  
qui de Christo Iesu tam impiam conceperat  
opinionem, vt illum impium aduersus Deum,  
& aduersus homines pestilentem exiſtimaret,

in ea sint sententia confirmati. Huiusmodi quiddā acerbissimè indignatur Iuuenalis Sat. 3. in P. Aegnatio Stoicæ disciplinæ sectatore nō te, sed specie, qui Baream Soranum amicum, & discipulum, etiam patronum suūm (nam eius cliens fuerat, ut scribit Tacitus) per fraudem circumuehit.

Transl.

Iuuenalis  
sat. 3.

Gymnasia; atq; andifacinus maioris Abolla:  
Stoicus occidit Baream delator amicum:  
Discipulumq; senex.

## CAPUT XIV.

*In importune Dicaces, & qui falsum aliis crimen obiectant, ex Horatij sententia. A. Cencinna locus in lib. 6. Famil. de calunnia remoris & cæcæ suspicionis tormento.*

**L**euius hoc, quod sequitur vitium, modò ne ad iniuriam delabatur, sed in audiendi voluptate resistat. Sunt enim quidam hominum, qui ut alij alias, ita ipsi artem salis profitentur, quorum nihil interdum aliud, nisi ipsa insulsitas rideatut. Quamquā negare non possum natura factos homines, & creatos, imitatores, & narratores facetos, & vultu adiuuante & voce, & ipso genere sermonis. Sed festiuitas, sed dicacitas, sed cauillatio, sed hilaritas, sed iocu-  
sus atq; facetiæ sint eiusmodi, in quibus nul-  
culæ cōtumeliarū in sint, nullaverborū aspet-  
tas, nulla acerbitas sententiarū, Parcatur maxi-  
mè

mē caritati hominū, ne temere dicamus in eos,  
quos reuereri aut diligere debeam⁹, caueatur di-  
ligēter, ne in viriū scurrile, quod turpissimū est  
homini presertim graui, & etuditio delabamur.

*Dicacium in*

Sunt enim quidam adeo inepti, eorum, quos *ginium.*  
dicimus, ipsos se audire, cum dicant; ad laces-  
sendum prompti, ad perstringendum procaces;  
qui dūm placendi studio audiūs iusto ferun-  
tur, amicum n̄ malint, quām dicterium amittere:  
& flammam, quod dixisse aiunt Ennium, fa-  
cilius ore in ardente opprimant, quām dictum  
teneant. Indignum genus hominum societa-  
te, qui vnius dicti venustatem thesauri opulē-  
tissimi, hoc est, amici vnius iactura libi coe-  
mendam putent. Curianam Crassi venustissi-  
mi, & urbanissimi hominis, p̄titerque grauis-  
simi, & severissimi defensionem contra Sc̄c-  
tuolam; Cicero dilaudauit, quod dictetiis ab-  
stinuisset, quæ aduersario ruborem afferrent;  
& cūn aliorum; tum etiam suæ in dicēdo grā-  
uitati, atque dignitati consuluisse: quam om-  
inem ij qui festiui haberi volunt, s̄epissimè la-  
befactant. Parcebat aduersarij dignitati in quo *Dicterium.*  
ip̄se seruabat suam; quod est hominibus faceris, & tenere *diffi-*  
*cillimum.*

*Horatius.*

*Fingere qui non vise potest, commissa tacere  
Qui nequit, hic niger est.*

*Probi mini.* Plerumque enim eiusmodi homines non quid  
*in suspicioſi* viderint, sed quid videre voluiscent, aut etiam,  
*contra im-* quod ipsi habent vitij, per summam inuidiam  
*probi.* infectantur. *Nam ut qui s̄q; bonus est, inquit Ci-  
cero, ira difficiſſime alios esse improbos ſuſpica-  
tur.* Iſti verò Sycophantæ nihil vident, nihil  
audiunt, quod eorum qui dieunt, aut faciunt

*Improbis exſe* virtute, moribus, candore; ſed libidine ſua, ſed  
*alios aſtimat.* naturæ malitia, ſed ſua turpitudine metantur,  
nec persuadere ſibi poſſunt iis alios vitiis va-  
care, quibus ipsi mancipati ſunt, oculorum illi  
nutus obſeruat, verba captant, gemitus interpre-  
tatur, atque in eam ipſam partem, inquam ipsi  
peccant; quoniam ex ſe alios aſtimare didice-  
runt. Faciunt autem hoc natura, nō cauſa: ha-  
beant enim vel non habeant, quid loquantur,

*Demosthenes.* loquuntur tamen. Quare ſcīte Demosthenes  
viperarum, ac ſcorpionū ſimiles eos dicere ſo-  
litus eſt, qui mordent quidem, & veneno afflāt

*viperarum  
& ſcorpionū* eos, in quos incurruunt, non quia irritentur, aut  
ſimiles.

laçefantur, ſed quia natura feruntur ad mor-  
fus, & ad venena fundenda. In Orat. i. contra  
Aristog. Nemine umquam veſtrum fertaffe vi-  
pera momerdit, neque phalangium; & abſit ut  
mordant unquam: ſed tamen omnia eiusmodi  
animalia ubi conſpexeritis, mox interficiatis. Tui-  
dem, & cum delatorem, & crudelem, & homi-  
nem videritis, viperinam habere naturam, ne  
expectate donec veſtrum aliquem mordeat; ſed  
cum primum occurrerit, puniatur.

Hoc

Hoc autem genus vulneris, eo periculosius,  
 quo sine ullo doloris sensu infligitur, & acci-  
 pitur: nam, ut diximus, induuntur incauti. *Quis*  
*vulnus è a-*  
*verò ad sanandum infamiae vulnus incumbat,* *trocis quò*  
*quam contractam ignorat?* Nam cùm veras  
 datur audire, & reddere voces, & pro se quis-  
 que responderet, facile diluuntur obiecta; &  
 omnes illæ suspicionum moles, quas excitauit  
 inuidia, vel ratione aliqua tamquam ariete *Mendacia*  
 impresso labefactantur, vel ipsa etiam verita-*tamdiusetu-*  
 te affulgente euanescentur. Enim verò archite-*entur. quan-*  
*cti, & machinatores isti tamdiu conflare, ac* *diuin tenebris*  
*tueri mendacia possunt, quamdiu in obscu-*  
*ro versantur; & de sinu suo calumniatores ap-*  
*ponunt, qui, quæ ipsi criminose ac suspicione*  
*confingunt, ea iacent illi occultis sermoni-*  
*bis, & spargant in vulgus, aut in aures iudi-*  
*cum insinuantur..*

Rectè C. Famil. 6.lib.in Epist. A. Cecinnæ sic  
 scribitur: *In hac igitur calumnia timoris, & ce-*  
*ce suspicionis tormento, cùm plurima ad alieni* *cicero expli-*  
*sensus coniecturam, non ad suum iudicium scri-* *ca tus Famil.*  
*bantur; quam difficile sit evadere, si minus ex-*  
*pertus es, quod te ad omnia summum atque ex-*  
*cellens ingenium armavit, nus sentimus. Vbi ca-* *calumnia ti-*  
*lumniam timoris dixit: nam vti calumniator* *mores.*  
*ea fingit, quæ vera non sunt, ita timor sàpe*  
*falsa proponit: & cœcam suspicionem, tormentum*  
*appellavit; ná quamdiu cœca est, & in eorum*  
*animis à quibus est commota cōprimitur,*  
*torquet non sentientem, idest, illi damnū creat*  
*aduersus quem tempestas inuidiae concitat.*

Quod

Quod si male agitur, vt queritur hic Cecinna,  
cum eo, cui scribenti cogitādum est, non quod  
ipse probet, sed quid alij probatur sint; quam  
pessimē cum illo agetur, qui in ea vitæ ratio-  
ne, quam tenet, non tam prouidere cogitur vt  
conscientiæ suæ, & virorum de rebus benè iu-  
dicantium opinioni seruiat; quam ut alienæ  
suspicioni, & paucorum hominum errori, aut  
*Improborum* perfidiæ obsequatur. Quod certè intolerabile  
*Suspicionis* est, & omnino factu difficultimum. Audi Cal-  
uire duriss. liciem in Triummo, Plauti, qui dicenti Me-  
mū. *Plausu.* garonidi;

*Improborum* *suspiciones* Omnes bonos, bonaſque accurare addebet,  
*declinare* Suspicionem & culpam, ut abſe ſegregent.  
*difficilimum.* Sic respondet.

Non potest utrūque fieri. *M E G.* Qua  
propter? *C A L L.* Rogas?

Ne admittam culpam, ego meus ſum promiu-  
pectori;

Suspicio eſt in pectore alieno ſira.

Nam nunc ego ſi te ſurripuiſſe ſuſpicer

Ioui coronam de capite, è Capitolio

Quod in culmine aſtat ſummo: ſi id nō feceris,

Aique id tamen mihi lubeat ſuſpicarier,

Quid tu id prohibere me potes, ne ſuſpicer?

*Zuciani de* Adiūciam adhuc Luciani fragmentum; quo  
*hoc vitij gene* proxima confirmantur. Calumniatores cū ir-  
*re preclarum* fragmentum. ruerint: cuncta pro viribus euertant; nec magno  
emitur victoria, ubi nemo repugnat, nemo vim  
tormentorum sustinet; aut iaculis iacula mutat;  
sed qui auscultat, ipſe ſeſe ſponde ſua in manus  
hostium dedit. Interim ignarus eſt, qui accusa-  
tur;

eur; nam haud aliter qui deferuntur, atque qui  
capiis urbibus pereunt, dormientes trucidantur.  
Et quod est in primis mirabile, nescius se reum  
haberi, neque cuiusquam sibi sceleris conscius,  
amico candidè congreditur; familiariter com-  
pellat, faciūq[ue] pro amore iam ante circumuentus  
incidiis miser, &c. Sapenumero item, quōrum se-  
se reum calumniator fieri metuit, socium insi-  
mulat, ut cūm antea ererit accusando; suspicione  
culpæ, aut criminē elabatur. Philocomasium  
ita seruo comminatur apud Plaut. in Milite,  
Scen. 5. quod diceret nescio quid se vidisse  
oculis. Carebis credo; qui plus vident, quam  
quod vident. Huiusmodi multos ego oculos  
vidi, qui plus vident, quam quod vident, etiam  
quæ non vident. At Periplectomenus ad Sce-  
ledrum sic. Natu Hercle, si te Dij amant, lin-  
guam comprise posthac; & illud quod seies, ne optimum cō-  
sciueris; Ne videris, quod videris. Sed non abu-  
sat diutius operam, venio ad notam, qua eius-  
modi homines à Poëta inuruntur.

Plautus.

Oculi plus ni-  
mio vidētes.

filium.

## CAPVT XV.

**N**iger quis dicatur. I<sup>s</sup> color mortis, malitiæ, sce-  
leratorum, infelicitatis symbolum tam in sa-  
cris, quam in externis litteris. Albus contra-  
Atrati apud Iudaeos rei. Christus candida-  
eus s̄istitur. Vir bonus Candidatorum titulus.  
Cicero explicatus.

**N**igros appellat Horatius omnes illos, in  
quos superiora vitia cadunt.

Hic

*Hic niger est, bunc tu Romane caneto.*

*Nigrum pro mortuo.* Vbi nigrum pro mortuo accepisse videtur Ser-  
vilius, qui illud Eglog. 5. edidit.

*Sernius.* *Candidus infuetum miratur limen Olympi.*  
*Candidus, inquit, id est Deus,* ut contra mortuos  
nigros dicimus. cuius rei ut fidem faciat, laudat  
carmen istud Horatij. Facit ab eo Iuuenalis  
Sat. 1.

*Iuuenalis.* *Instituitq; rudes melior locusta propinquas*  
*Per famam, & populū nigros efferre maritos.*  
Nam & mortem nigram vocat Statius lib. 9.  
Thebaid.

*Nigra mors Statio.* *Funeris, & nigra precedunt nubila moris.*

*Nigro vino rogus extinc-*  
*tus.* Et nigro etiam vino rogus extinguebatur, vbi  
cadauer abiisset in cineres. Homer. de pyra  
Hectoris lib. 24. Illiad.

*Nigrōque ignes extinguere vino*  
*Incipiunt.*

*Album vite symbolum.* Album autem viuentis symbolum esse, docet  
Hieronymus in Isaiae. 66. cap. vbi de equo al-  
bo. Apocal. 19. sic scribit. *Equo rufo sedebat*  
*Dominus, atque salvator humanum corpus as-*  
*sumens, &c.* *Equo autem sedebat albo, quando*  
*post resurrectionem immortale, & incorruptum*  
*corpus assumpsit.* Et quicunque eum sequeban-  
tur, candidis vtebantur equis: incorruptis vide-  
lacet, immortalibusque corporibus. Huc etiam  
spectat illud Virg. Eglog. 5.

*Candidus infuetum miratur limen Olympi.*  
Id est, immortalis, atque beatus, relatiusque  
inter Ditos. Quare ex horum sententia sic

ex-

explicabitur Horatius: Tu vero eiusmodi homines non minus terros, atque horribiles, quam sunt mortui, diligenter fugito: ne terri aliquid haurias, aut corruptus te circumfusus aer inficiat. Hinc tu intelligas illud Regis vatis, cum de eiusmodi loquens, ita conset. *sepulcrum patens* est guttus eorum: *venenum aspidum sub labris eorum*, quia isti sunt, qui mortuum ossa effodiunt: dum ne mortuis par- cunt. Sonos desentierrahuesos. Hanc ob causam Plutarchus de his. *Velut urbes portas quasdam* habent nefastas & sinistri omnis, per quas educunt suppicio capitis destinatos; purgamenta & fordes ejiciunt: nihil autem purum, aut sacrum per eas vel ingreditur; vel egreditur; ita per horum aures nihil probum aut laudabile transit, sed sermones de cedibus aditum inueniunt, atque ibi versantur impuras & falsas calumnias de aliorum vita, & moribus fabulas componentes. Cuiusmodi certe digni sunt tragicis impressionibus.

*Virgilinus.  
Candidus pro  
immortale.*

*psal. 5.*

*catumniatores cuiuscumque rei similem facerit.*

*Plutarchus.*

*Male pereas mortalium excerpens mala.*

Sed neque id videtur significare voluisse per nigrum Horatius, qui ad animum potius, quam ad corpus respexit. Nigrum autem veteres pro malo, album siue candidum pro bono usurparunt. Ita Persius.

*Sed quid opus teneras mordaci rodere vero  
Auriculas? per me sint omnia protinus alba.*  
Idest: Sean muy ennorabuena sus cosas, por my  
tan santas y tan buenas, como ellos las hacen.  
Iuuenal. Sat. 3.

*Ma-*

*Funenalis.*  
*Ouidius.*  
*Terentius.*

¶ 4. 5.

*candidus bo-*  
*nus.*

*Albū quarū*  
*verum nota.*

*Cicero.*

*Albus*  
*in textili cur-*  
*decorus Deo.*

*candida insa-*  
*crificijs ves-*  
tes.

*B. chrysost.*

Iuuenal. Satu. 3.

*Maneāt, qui nigrū in cādida vertūt. Et Quid.*  
*Candida de nigris, & de carentibus atra.*

*Quos explicat Terentius in Phormione cum*  
*dicit: His pretium nunc est, qui recta praua fa-*  
*ciunt: ex quo certè loquendi more illud Isaiæ*  
*sumtum videtur. V & qui decuiis bonum malum,*  
*& malum bonum; ponentes lucem tenebras, &*  
*tenebras lucem. Candor enim lucis est, tene-*

*brarum nigror. ita etiam illud Virg. accipio,*  
*(*Candidus insuetum, &c.*) id est, bonus. ita in-*

*fra, Amat bonus otia Daphnis. Album enim*  
*puritatis, fidei, castimoniae, & eius generis ali-*  
*arum virtutum nota: ideoque religioni accom-*

*modum. Cicero. 2. de legib. Color albus prae-*

*decorus Deo est, cum in ceteris, tum maxime*  
*in textili cur in textili. Nempe quia virtutes inter se aptæ,*  
*atque connexæ esse debent; ideo gratiora*  
*sunt textilia Deo, siue quia castitas, fides, aliæ-*  
*que virtutes, nisi cum caritate iungantur, quæ*  
*in auro textili significatur, gratæ Deo non*  
*accidunt.*

Ideò candidæ olim in sacrificijs vestes, cu-  
ijs caussam tradit Plato quam diximus, & Plu-  
tarchus in lib. de Iside, & Osir. Et apud nostros  
etiam nescio quid eiusmodi reperimus. B. Chry-  
sost. Homil. 52. in Math. In nonnullis ecclesijs  
hunc more corroboratum videntur, ut diligenter  
multi studeant quomodo manibus loti, candidis  
induti vestimentis in Ecclesiam ingrediatur.  
Nec prætermittendus candidatorum mos, qui  
eo cultu, integritatem, probitatemque ex co-  
lore

lore omnium purissimo , & simplicissimo si-  
gnificantes , se populo commendabant. Vnde  
& boni viri titulo lalutabantur. Seneca ad Lu- Seneca.  
cillum, Epist. 3. *Tu illum amicum appellasti, ut*  
*omnes candidatos viros bonos dicimus.* Et mor-  
tui, vt iam secretam à corpore animam puram,  
& omni labe carentem ostenderent , alba togā Candidati  
viribus.  
amiciebantur. Mortuorum  
vestis cædida.

Sed atrum, siue nigrum contra, vitiorum, ac  
scelerum argumentum. Itaque rei criminis in *Rei cur atrati*  
atra prodibant. Ut Cornelius Lentulus Prætor  
ob facinus coniurationis. Plutarchus in Cice-  
roneim. Et Cicero delatus à Clodio atram as-  
sumpsit. Qui etiam mos solennis apud He-  
braeos , authore Iosepho. Sed Christus Opt. *Christus cur*  
Max. admirando planè Dei consilio , non atra- candidatus  
tus, quia nullius criminis reus , sed candidatus , Iudicis sicutur.  
qui innocentissimus Pilato sistitur. Qua de re  
illusterrimus, atque doctissimus Baronius Cat-  
dinalis, vt nihil suprà,

Monebat Pythagoras, ne gustaremus de his, *Pythagoræ*  
quibus nigra est cauda , quo verabat cum iis *Symbolum.*  
versari, qui nigri essent morum improbitate. In  
sacris etiam literis nigrum, eiusdem rei symbo- *Nigrum in sa-*  
lum gerit. Etenim idolatriæ scelere contami- *cis quid.*  
natæ gentes, *Æthiopes* appellantur. Psal. 71. *Co-*  
*ram illo procident* *Æthiopes*. Chaldæus: *Proce-*  
*res coram illo procident*. Non igitur ad colorem ,  
sed ad mores spectat. Amos 9. *Nunquid non* *Amos 9.*  
*ut filii* *Æthiopum* *vos estis mihi filii Israel?* Vbi  
Hieronymus : *In omnibus*, inquit , *scripturis* B. Hieronym.  
*Æthiopes* *dicuntur*, qui penitus in vilia demersi

Ierem. 4.

sunt. Ierem. Thren. 4. Nazarei candidiores ni-  
ne, & nitidiores lacte dicuntur. Scilicet cum pu-  
re viuebant, cum castè Deum colebant, cum se-  
cūs: Denigrata est facies eorum super carbones. Ita  
cum peccatorum consortia, consuetudinesque  
vitandas, docere vult Sapiens, eiusmodi sym-  
bolis vtitur. Qui terigerū picem, inquinabuntur  
ab ea: & qui communicaverit superbo, induet su-  
perbiā. Cuius generis innumera leguntur in  
sacris. Hoc unum dicam, in Psalm. 7. titul. Saül  
**שׁוֹר** Kusch, dicitur, id est, niger. Quæ vox  
omni inuido, & calumniatori, maximè accom-  
modatur; quo sensu à Poëta niger dicitur.

Cicer. expli-  
catus.

Maximus.

Nec censeo aliter explicandum Ciceronem  
pro Cæcinna: Sextus Clodius, cui nomen est  
Phormio, nec minus niger, nec minus confidens,  
quam ille Terentianus est Phormio. Vbi Manu-  
tius: Confidens quidem apud Terentium appellat-  
tur Phormio, non tamē niger, sed habet rationem.  
Cicero histrionis colore nigro parasuum agentis  
in scena Sed ego longè aliter: nam hic Cicero  
non ad cultum corporis, sed ad animi lordes  
respexit, cum illum tamquam minus probatæ  
fidei testem perstringeret. Significat igitur  
Sextum Clodium Phormionem, nec minus  
improbum, & æquè audacem, atque Comicus  
Phormio. Hinc illud proverbum:

Dat veniam cornis, vexat censura columbas.  
Et illud alterum: **Albus**, an ater sis, nescio,  
cuius generis tam multa sunt, ut librum com-  
plete possint.

Nigrum  
infausto.

Nigrum interdum pro infausto, inselici, mi-  
sero

fero, luctuoso, inauspicato: vt contra, candidum, siue albini pro fausto, felici, beato, læto, & pro victoriæ signo. Hic igitur niger est: *Es un desdichado.* Quid enim eo miseriis, qui inuitus omnibus accidit? quem cane peius, & angue omnes oderint? quem nemo congressu, nemo aditu, nemo sermone, nemo ciuili societate dignum putat. Ideò nigræ in luctu vestes: qui *Nigræ in luctu vestes.* ritus etiam seruatus Græcis: nam apud Homē-  
rum, Thetis Achillis filij necem deplorans atram sumit vestem.

*Sic fata, nigerrima famene  
Vestimenta operit sese, sequiturq; volantem.*


Et apud Euripidem, Iphigenia matrem Clytemnestram monet, ne comam laniet suam ob mortem, néve atram induat vestem. Nec me fugit albas etiam in luctu vestes, depravata nimirum consuetudine, veteres usurpasse, vt de Argis Socrates, & de Romanis scripsit Plutar-  
chus in *Quæst. Roman.* Hinc dies, Soles atri, *Soles atri, aut* nigli, aut candidi, eodem sensu. Hinc equi ni-  
gri, & candidi apud Prophetas, miseriam, & fe-  
licitatem populi portendebant. Album etiam *Album victo-*  
victoriæ omen esse, significat Virgilius lib. 3. *ris omen.*

*Quatuor hic prim. un omen, equos in gramine vidi,*

*Tendentes campum luteo cantore niuali.*

*Virgilius.*

Ita qui re bene gesta in bello, cum triampho in urbem ingrediebantur, in curru equis albis tracto vehebantur. Vnde natum proverbiū: *Equis albis præcurrere.* 6. etiam Apocalyp. Ecce *Apocal. 6.* equus albus; & qui sedebat super illum, habebat arcum; & data est ei potestas, & exiuit vincens, ut vinceret.



*Charta. Manus dentata. Charta olim dente, concháve levigari solita. Cicero, & Petronius Arouter explicati.*

Cicero.

**V**idi ego eruditos viros quærentes inter se de Ciceronis loco ex Epist. vlt. lib. 2 ad Q. Fratrem: vidi in diuersas ire sententias, & me arbitrum adoptantes. Quare iure meo sententiam proferam, vbi quid illi dixerint exposuer. Locus hic est: *Caiamo, & atramento temporeto, charta etiam dentata res agetur.* Chartam dentatam, aiebat alter, acrem sibi videri, atque mordacem: authores laudabat, Erasmum in Adagiis, Ioannem Tistinum in suis collectaneis; thesauros denique omnes lingua Latine, quorum in eandem sententiam summa consensio. Alter lœuem ac nitidam censebat, vnius tantum authoritate fretus, sed locupletis & grauis: Manutij nimirum, qui in hunc locum ita scribit: *Dentata, apri, ani etiam qui aente levata, quod item nunc, vbi quid scribimus accer- ratus, facere solemus, ad inqualitatem chartæ complanandam; quo calamus quasi currat expeditius, &c.* Iui pedibus in hanc sententiam, & authorem dedi Plinium lib. 11. cap. 12. qui chartas olim dente, concháve levigatas scribit: *Se- bruita levigatur dente, concháve; sed caducæ li- teræ fiunt, minus sorbet politura charta; magis splendet.* Tametsi iam malleo cœpta sit poliri papyrus, ut lœuorem pariter, atque nitorem contrahat, ne rebellet, vt ait Plinius. Hispanè:

Plinius.

*Papel brūñido. Quæ certè explicatio, vt ad veritatem proprius accedit, ita cum Ciceronis mente magnopere congruit. Questus enim fuisse videtur Q. Frater literas ad se datas prauè descriptas, vt literasne, an lituras dices, dubitares: id quod occupationibus, aut etiam perturbationi animi, aut iracundia Ciceronis ascripserat. Hanc ille suspicionem ita diluit, vt dicat se ita scripsisse, non quia occupatus, aut perturbatus, aut iratus esset alicui, sed quia semper id faceret, vt quicunque calamus daretur in manus, eo sic vteretur tamquam bono. Deinde ne suspicioni deinceps locum relinqueret, pollicetur se calamo bono, & atramento temperato, charta etiam lœuigata, & nitida ad scribendum usurum. Ita Cicero: Neque Cicerio  
enim occupatus eram, neque perturbatus, neque iratus alicui; sed hoc facio semper, &c.*

*Ex his lux ad Petronium Arbitrum, apud Petron. Arbitr. quem dentata manus dicitur lœuis, & nitida, siue mollis ad mulcendum: nam de muliercula caput fratris demulcente; sic: Ex lacrymis in risum mota descendentes ab aure capillos meos dentata manu duxit. Sic enim lego, non vt in aliquibus habetur, temptata. Dentata enim manus dicuntur, vt gypsatae apud Ciceronem: & marmoreæ ceruices apud Arbitrum: & marmorei olores apud Lucretium: omnes enim ad candorem, & nitorem spectasse certum est; & forsan etiam ad lœuorem, quod blanda, & mollis esset.*

SINGVLARIVM  
CAPIT XVII.

*Morem scribendi elogia pro foribus, vel in parietate, maxime in laudem, à prisco saeculo ad nostrum etiam manasse. Sopitronibus, vel Scorpionibus scribere, quid? Veteris ludi mos, quo dormientibus ora fuligine oblinuntur. Catulus, Petronius Arbitor illustrati.*

Elogiorū mos  
antiques.

Plantus.

**M**oris est apud nos, vbi quis palmam in literario certamine competitoribus præripuit, elogiis victoriæ testibus parietes, tota vrbe, compleere: quorum stata & solennia verba: **ANTONIUS VICTOR.** Cuius simile quiddam apud veteres fuisse, Plautus docet in Mercat. Scen. 4. vbi Demipho senex non vult, vt ancilla, quam Charinus matri Rhodo adduxerat, domi siet; cuius rei causam proximè reddit:

*Quia illa forma, matrem familias  
Flagitium sit, si sequatur: quando incedit per vias.  
Contemplant, conficiant omnes, mutent, nolent, sibilent:  
Vellicent, vocent, molesti sint, occident ostium.  
Impleantur mea foræ eclogiorum carbonibus:  
Atque, ut nunc sunt maledicentes homines, uxori mea,  
Mihiq; obiiciunt lenocinium facere.*

Elogiorū car-  
ones quid.

Elogiorum autem carbones, intelligo dicta quædam, brevesque sententias sive in laudem, sive in vituperationem carbonibus conscripta: quæ etiam Græcis in vsu. Aristophanes de Demo Pyrilampis filio, qui valde pulcher habebatur, scribit, ianuas elogiis pulcritudinis inscriptas. Si viderit alicubi scriptum in ianua: D E-

MON PVLCRHVM. Quem locum Græ-  
cè laudauit Lambinus. Idem fecisse Phidias  
scribitur à Clemente Alexandrino in Adhorta-  
tate ad gentes. Atheniensis quidem Phidias, qui xandrinus.  
inscripsit in Iouis Olympij digito PANTAR-  
CES PVLCER. Non erat ei pulcher Iupi-  
ter; sed is, qui ab eo amabatur. Pueri huius men-  
tionem facit Pausanias Eliacorum 5. & 6. Ar-  
nobius etiam lib. 6. Inter signifaces, inquit, ille Arnobius.  
memoratus Thidas & primus, cum Olympij  
formam Iouis molimine operis extulisset immen-  
sis super Dei digito, PANTARCES inscripsit  
PVLCER: nomen autem fuerat amati a se  
pueri, atque obsecna cupiditate dilecti: neque  
utlo metu est, aut religione commotus, Deum no-  
mine profibuli nuncupare: quinimo exoleto fo-  
uis numen, simulacrumq; sacrare. Nec ad ianuas  
solùm, sed ad arbores etiam elogia sæpe legun-  
tur. Apud Theocritum enim in Epithalamicō Theocritus.  
Helenæ, Eidyll. 18. sic canunt puellæ:

Et prima tibi ex argenteo pyxide liquidum unguentum

Accipientes, stillabimus sub umbra am platanum.

Lites vero in cortice scribentur (vt quis preteriens

Legat) Dorice: Venerare me, nam Helene arbor sum.

Item Oenone Paridi. apud Ouidium, Epist. 5. Ouidius.

Incise seruant à te meu nomina fagi;

Et legor Oenone falce notata tua.

Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt.

Crescite, & in titulos surgite ritè meos.

Populus est (memini) fluiali constaripa

Est, in qua nostri litera scrip: a memor.

Popule, vitue precor, qua consta margine ripa.

Hoc in rugoso cortice carmen habes:

Cum Paris Oenone poterit spirare relicta,

Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.

Plutarchus.

Elogia etiam , siue honorarios titulos in tem-  
plis reperias. Plutarchus enim Aristidem narrat  
in Liberi patris templo , victoriae monumenta  
Gymnicæ, tripodas choragicos reliquisse; cum  
hoc elogio: **T R I B V S A N T I O C H I S V I C I T ,**  
**A R I S T I D E S C H O R A G V S F V I T , A R C H E -**  
**S T R A T V S D O C V I T .** Sed de eiusmodi titulis,  
Historiae passim. Quare hoc solum de elogiis  
addam, quæ ad columnas, & parietes interdum  
etiam inscripta. Plinius lib.8. Epist. ad Roma-  
num, de Clitumno fonte. *Nec desunt, inquit,*  
*villæ, quæ sequuntæ fluminis amoenitatem, margini*  
*insistunt. In summa, nihil erit, ex quo non capias*  
*voluptatem. Nam studebis quoque, & leges multa*  
*multorum, omnibus columnis, omnibus parie-*  
*tibus inscripta, quibus fons ille, Deusq[ue] celebra-*  
*tur. Ad eundem morem Catullum respexit,*  
Scaliger censuit in Epigrammate, quod scripsit  
in contubernales , quibus in hunc modum  
communitatur:

*Namque totius vobis*  
*Frontem taberne Scipionibus scribam.*

Vbi ille : Minatur haud dubie Catullus se elo-  
giorum carbonibus, ut Plautus loquitur, frontem  
taberne scripturum. Sed quomodo Scipionibus  
id fieri possit, non video. Sufficor hic mendum  
latere, quod diuinare non potui. Viderint ergo  
doctiores. *Nam certum est, Catullum contuber-*  
*nalibus interminari, nisi reddant Lesbiam famo-*  
*so carmine, quod fronti taberne scribet, se illos*  
*traducturum. Quod in Scipionibus mendum*  
latere putat, assentior; si tamen ad hunc mo-  
dum Catullus respexit: quod vero simile est.

Plinius.

Catullus.  
Scaliger.

Quod dicit se diuinare non potuisse : deterret  
me tanti viri auctoritas, & cohibere me iudicium  
cogeret, nisi peteti viro graui, atque eruditio mo-  
rem gerere debuisssem. Itaque censeo legendum:  
*Fronte taberna titionibus scriba.* ut verè sint elo-  
giorū carbones, ad quos respexisse Catullū ar-  
bitratur. nā vstis lignis huiusmodi elogia con-  
scribuntur. Sed Muretus hic Scipionēs interpre-  
tatur ligna, ē quibus in taberna merces appen-  
derentur. *Eis igitur, ait, se scripturū contuberna-*  
*libus fronte, id est, ita valide percussurū, ut cica-*  
*trices imprimantur.* Quod mihi non ita placet;  
quāquam & probabilis conjectura. nā & apud  
Plantū minatur ille tandiu se alterius terga cel-  
furū: *Vi ne peristromata quidem æquè pīta sint plantū.*  
*Capanica:* Neq; Alexādrina bellūtā, consutaq;  
tapetia. Parthenius alio retulit; nēpē ad sopori-  
ferā virgam. atque ita interpretatur. *Omniū ve-*  
*strum frontem ita soporifera virga percutiam, ut*  
*omnes in soporem solutos ludificare possim.* Vir-  
gulti genus quoddā est, cuius virga si cuipiā tem-  
pora tagatur, statim in profundū sopore resolui-  
tur. De quo virgulto Sili⁹ in 10. loquēs de sōno. *Silius.*

*Oculisq; quietem**rrorat, tangens lethæa tempora virga.*

Ideoq; apud Virgilium somnus fingitur ramo le-  
theis aquis madido Palinuro tēpora percussisse,  
atque in altissimum soporem resoluisse. Sed hæc  
fabulosa omnia, & ideo nihil ad historiam: ta-  
metsi ad cohærentiam cum antecedentibus  
non ineptè: ut quibusdam visum est.

Sed venio iā ad Petronium, apud quē nescio plicatus.

*Arbiter ex-*

quid simile video quod prælucuentem operam desiderat. Cum Ascylos grauatus tot malis in somnū laberetur, illa, quæ iniuria depulsa fuerat ancilla totam faciem esse fuligine longa perfracta; & non sentientis labra humerosq; sopitionibus pinxit. Vbi veteris primum ludi morem expressit, quo dormientibus ora ridiculi gratia pinguntur. ita apud Plautum in Pœnulo.

Plautus.

*Sulta soror es, magis quam volo, an vero pulchra videre ob-  
Si tibi istuc non os oditum est fuligine.* (secro.

*Dusa in Pra- Sed illud de sopitionibus quid est: Dusa in Pra-  
cid. ad Arba- cidaneis, hæc de sopitionibus. Restat ut, Sopi-  
trum.*

Sopitiones  
quid.

Virgilius.

Specula, grauissimam adèò hanc pœnam puella sue depredatoribus interminante? Namq; totius vobis, &c. Qua enim ratione frons taberna conscribillari possit, non video. Sed faciam, ut potero medicinā, si quod hic vulnus; aut saltē sanū ostendam. Sopitiones enim interpretari possit aliquis penicillos medicamine aliquo imbutos & soporatos. Ita paulò ante. *Illinc puella penicillo, quod & ipsum Satyrio tinxerat, Ascyliū op primebat. Soporatū autē pro intincto, aut madidato, siue delibuto sumi,* Vir. docet in 5.

*Ecce Deus ramum Letheo rore madentem,  
Viā soporatum Stygia, super viraque quassat  
Tempora.  
Melle soporatam, & medicatis frugibus offam  
Olycit.*

Sed ego nec tā religiosus sum in auctore tā nō religioso, nec tā sacrosancta duco illius scripta,

vt

Et in 6.

inō putem licere, quod in sanctioribus licet,  
mutare syllabam, aut etiam dioctionem, modò  
probabili coniectura id fiat; & lux auctoribus  
fferatur. Itaque pro *Sopitionibus* suppono *Su-*  
*tionibus*: quæ propriè ad picturam. Sunt c- *Arbiter cor-*  
um rudes illi colores, quibus quasi primū te-*rectus.*  
torium tabellis inducit, ut viuos colores ar-  
cipere possint: à sublinendo dictæ *Sublitiones*.  
Itaque os alicui sublinere, & oblinere, dicimus. *Sublitiones.*  
Os igitur sublitionibus pinxit; id est, subleuit  
colore aliquo turpi, ac fœdo; vel eadem fuligi-  
ne tinxit. nam & fuligo aqua dilui solet in hāc  
rem. Ideò madidam dixit Iuuenalis Sat. 2.  
*Iuuenalis.*

Ille supercilium madida fuligine tintum  
Obliqua producit acu, pingitq; trementes  
Attollens oculos.

De meretricum titulis, siue elogiis dictum à  
nobis alias est, in Singularium 4.

## C A P V T XVIII.

Horatij locus aliter atque à Lambino & Budzo explicatus, &  
Illustratus ex eo D. Paulus ad Ephes. 6. Luctam apud Her-  
baeos, ex puluere significari. Gymnasii etiā apud eos fuisse.

L Ambinus multæ eruditionis & ingenij vir;  
Horatij locum ex Epist. i. lib. i. *Horatius.*

Quis circum pagos, & circum cōpita pugnax  
Magna coronari cōtemnat Olympia cui spes;  
Cui su conditio dulcis sine puluere palme?  
ita interpretatur. Quis in parvū, & vulgatis cer- *Lambinus.*  
taminibus etatem suam consumere, viresq; con-  
terere velit: certamina autem nobilissima, qualia  
sunt Olympia contemnat? Hactenus assentior:  
sed

sed in eo, quod sequitur, non item. *Præsertim*,  
inquit, *cui vincendi spes proponatur, conditioq;*  
*feratur, nō magno admodū labore susceptos pro-*  
*fecto nemo.* Sive puluere enim, sine labore in-  
sine labore.

*Luctatores c-*  
*leo & puluere*  
*conspersi.*  
*Hippocratis*  
*Alexander.*

*Lucanus.*

*Plutarchus.*

*Lucianus.*

*Prou. Citra*  
*puluereis ta-*  
*ctum.*

